 mihi dixerunt quō me eruerunt de faucibus lupi. Et in  
 amplexus ruentes osculabantur seinuicem et fleuerunt.  
 Audiens hoc mater eorū et considerans q̄ euentum suū  
 ita seriatim dixisset: dñs ap̄ se tractauit si filij sui essent.  
 Altera autē die magistrū militum adiit et interpellauit di-  
 cens. Deprecor te domine vt me ad patriam tuam p̄duci  
 iubeas. Ego sum de terra romanoꝝ et hic peregrina suꝝ.  
 Nec dicēs vidit in eo signa mariti sui: et eū cognoscēs cur-  
 iā se p̄tinere nō posset: procidit ad pedes eius et ait. Pre-  
 cor te dñe vt mihi exponas pristinā vitam tuā. Puto em̄  
 q̄ tu scis placidus magister militum q̄ alio nomine nūc  
 patur: quē saluator cōuertit qui talē et talem temptationē  
 sustinuit. cui vxor q̄ ego sum in mari ablata fuit que tñ ab  
 omni corruptiōe seruata sum que duos filios agapituz et  
 theosbytu habuit. Audiens hec eustachius et ipsaz dilige-  
 ter cōsiderans vxorem suam esse recognouit. et lacrimas  
 p̄re gaudio fudit. Ipsam osculatus est. glorificās deū qui  
 cōsolatur afflictos. Tunc dixit ei vxor sua. Dñe vbi sunt  
 filij nostri. Qui rñdit a feris capti sunt. et exposuit ei quō  
 eos pdidit. Et illa. Gratias agam⁹ dño. puto em̄ vt quē  
 admodū deus donauit nobis vt inueniremus nos inuis-  
 cem dabit etiā nobis recognoscere nobis filios nostros.  
 Et ille. Dixit q̄ a feris deuorati sunt. Cui illa. Hester-  
 na die sedē. Peto audiri duos inuenes sic et sic suā in-  
 fantiā exponere. Credo q̄ sint filij nostri. interroga eos  
 vt dicant tibi. Vocans autē eustachius eos: et audiēs ab  
 eis infantiā suam: recognouit q̄ filij sui erāt et amplectan-  
 tes eos ipse et mater super eoz colla plurimum fleuerūt et  
 crebrius eos osculabantur. Omnis autem exercitus plu-  
 rimum gaudebat de inuētiōe eoz et de victoria barba-  
 roꝝ. Cū igitur redirent: conringit iam tralanū abhisse  
 et successisse ei peiozem in sceleribus nomine adrianū qui

de gau-  
 dio  
 quē ha-  
 buit eu-  
 stachi⁹  
 de inuē-  
 tiōe si-  
 liozū.

p victoria obtenta ⁊ inuentione vxoris ⁊ filioꝝ magnifice  
 eos suscepit ⁊ magnū cōuinū pparauit. Altera autē die ad  
 templū ydoloꝝ pcessit vt ibi sacrificaret p victoria barba  
 rozū. Vidēs autē imperatoꝝ q̄ eustachius nec pro victoria  
 nec pro inuentione suoꝝ sacrificare vellet: hortabaf. vt sa  
 crificiū immolaret. Cui eustachi⁹. Ego christū deī colo ⁊  
 illi soli seruiō ⁊ sacrifico. Tūc impatoꝝ ira repletus ipsum  
 cum vxore ⁊ filijs in bareua statuit ⁊ leonem ferocem ad  
 eos dimitti fecit. Accurrēs hō leo ⁊ demisso capite quasi  
 eos adorans ab eis humiliter recessit. Tunc impatoꝝ bo  
 nem eremū incendi fecit: ⁊ eos ibidem vtuos immitti mā  
 dauit. Orantes igitur sancti ⁊ se domino commendātes  
 bouem intrantes ibidem domino spiritum reddiderunt.  
 Tertia autem die sunt de boue coram imperatore extra  
 cti: ⁊ ita penitus intacti inuenti sunt q̄ nec capillos nec  
 quicq̄ eozum vapores incēdij aliquatenus contingerent.  
 xpiani vero eozum corpora tulerunt: in loco celeberrī  
 mo rēcondentes ibidem oratorijū construxerunt. Passi  
 sunt autem sub adriano qui regnare cepit circa annos  
 domini. c. xx. kal. nouembꝝis. vel secundum quosdam.  
 xij. kal. octobꝝis.

### ¶ Expositio.

**Q**uarrissimi. Iste imperatoꝝ est dñs noster iesus  
 xps. Placid⁹ pōt dici quilibet hō mūdānus in  
 vanitatib⁹ seculi occupat⁹ q̄ pergit ad venādū  
 ea que sunt mundana cū militib⁹ id est quinq̄ sensibus.  
 Tandē venit ad gregez cernozum in quo delectaf. Cerni  
 illi qui sunt inuenti sunt visus auditus ⁊c. verba detracto  
 ria ⁊ vana ⁊ sic de alijs sensibus exterioribus. Si attēda  
 tis q̄ ceruus pulchꝝior cucurrit ⁊ recessit a societate alioꝝ  
 rū (quē toto conamine insequēbat placidus.) Cernus il  
 le est ratio que est optima potentia aie: quā hō tenetur to  
 to conamine in oibus operibus seq̄ qui desiderat habere  
 vitam beatā. Cernus ille ascendit ripam. Ripa est iusticia  
 siue rectitudo: quam ratio semper diligit: ⁊ infra cornu

Quarr  
 eusta  
 chi⁹ cū  
 vxore  
 ⁊ filijs  
 palmā  
 marti  
 ry acce  
 perūt.

Expo  
 sitio vñ  
 tionis  
 eusta  
 chi⁹.

rationis vidit imaginem crucifigi. Comua sunt lex anti-  
 qua ⁊ noua. In lege antiqua bene pphetizatū erat a mul-  
 tis de aduētū xpī ⁊ de ei⁹ morte. In lege noua clare vides  
 re possum⁹ quō ⁊ qua morte p nra salute mortu⁹ est. ideo  
 certus ille bene dicit vt mundū despiciamus ⁊ ea que in  
 mundo sunt: vt sequamur vestigia chzisti sicut fecit placidus.  
 S; posses dicere. Libēter essem istructus quō vestigia  
 iesu xpī seq debeā. Exemplū in isto beato eustachio.  
 Primo renūcia vxori ⁊ filijs. Uxor illa q̄ est speciosa valde  
 est aia tua ad dei similitudinem creata q̄ semper est pa-  
 rata chzisto obedire si caro ei cōsentiat. Duo filij parvuli  
 sunt voluntas et opus: qui iunt parvuli q̄ diu homo ma-  
 net deo cōtrarius. Unde primo oportet per penitentiam  
 in terram cadere. Deinde omnia temporalia a te repelles  
 rexi non opere tamē voluntate. hoc est sic intelligendum  
 q̄ semper deum omnibus preponas. Post hoc placidus  
 surrexit ⁊ cum vxore ⁊ filijs nocte nauem intrauit. Sic tu  
 charissime per contritionē cum bona voluntate ⁊ bonis  
 operibus intra nauem sancte ecclesie ⁊ deus in omnibus  
 erit propicius. Magister navis est prelatus qui libenter  
 nos retinet. Sed vxorem nostrā id est animāz habet te-  
 nere in diuinis preceptis ⁊ si cōtingat hominē vagari ex-  
 tra nauem ecclesie amittere potest duos filios. scilicet vol-  
 untatē bonā ⁊ bonū opus q̄ p̄p̄ habuit erga deū sicut  
 placidus fecit. Placidus intrauit flumiū ⁊ isantes portauit  
 ⁊ lupus vnum cepit ⁊ leo alium. Per flumiū mundum  
 intelligere debem⁹. per leonē diabolū. p lupū propriam  
 carnē. Diabolus rapit a corde hominis bonā voluntatē.  
 Caro bonū op⁹. Ratio dicit. Bonū est ieiunare ⁊ in bo-  
 nis operibus vigilare. Caro dicit. Mel⁹ est bñ comedere  
 ⁊ suauiter dormire. Quid ergo est faciendū? Si illa duo  
 ablata fuerint ab hoīe scilicet bona volūtas ⁊ op⁹ meri-  
 toriū. Certe pastores ⁊ aratores habēt cum canib⁹ virili-  
 ter sequi. pastores illi sunt p̄fessores discreti q̄ habēt nos  
 dirigere ⁊ a via pditionis reducere. Aratores sunt predi-

Exem-  
 plū de  
 bem⁹  
 seq ves-  
 tigia ie-  
 su xpī.

Predi-  
 cato-  
 respit  
 dici ar-  
 rato-  
 res.

catores q̄ habent terrā cordis nostri p̄ sacram scripturam  
 arare: spinas pctōrum euellere: & virtutes inserere. vitiā  
 extirpare: & per cōsequēs hominēz in seruitio dei nutrire  
 ita q̄ sint duo in vna ciuitate. sc̄z in vna dilectiōe & cōcor  
 dia & caro spiritui non contradicat. Tunc rex misit ad q̄  
 rendum placidum. Sic de⁹ misit primo patriarchas ad  
 hoīem: sc̄do p̄phetas. Sed hō nolebat pati eos cognos  
 scere donec venit filius dei q̄ nos suo p̄cioso sanguine res  
 demit. Ideo iustum est vt hospitiū dom⁹ nostre sit mūdū  
 per opera meritoria in quo nō sit peccatum. Et sic appa  
 rebit vxor munda & speciosa sc̄lz anima cum duobus fi  
 lijs. Id est cum volūtate propria deo semper seruiēdo per  
 opera misericordie. Et videas q̄ signū habeas per q̄ pos  
 teris cognosci sicut placidus habuit. Signum illud de  
 bet esse dilectio dei & proximi: vt deum super omnia dili  
 gas: & proximum tuum sicut teipsum. Et sic poteris fieri  
 magister: scilicet omnium sensū eos recte dirigendo. Et  
 sic per martyrium macerationis ad vitam eternam que  
 rere. Quod nobis. & cetera.

**Proxi  
 mū no  
 strū si  
 cut nos  
 metip  
 sos di  
 ligere  
 debe  
 mus.**

**De custodia & circūspectione habēda ad gregem com  
 missum.**

**Capitulum. cxi.**

**Q**uidā nobilis quādā vaccam candidāz habuit  
 quā multum dilexit propter duo. Primo quia  
 cādida erat. Sc̄do quia in dando lac abunda  
 uit. Nobilis ille pre nimio amore ordinauit q̄ vacca duo  
 cornua aurea haberet. & intra se cogitauit cui posset vac  
 cam ad custodiendū dimittere. Erat em̄ tunc temporis q̄  
 dam homo noīe argus qui verax in oībus erat & centum  
 oculos habebat. Nobilis iste nunciū ad argū misit: vt si  
 ne vllatiōe vltiori ad eū veniret. Quī cū venisset ait ei.  
 Vaccam meā cū cornib⁹ aureis tue custodie committo et  
 si bñ custodieris te ad magnas diuitias promonebo. Si  
 vero cornua fuerint ablata morte morieris. Argus vero  
 vaccam cū cornib⁹ recepit & secū duxit singulis dieb⁹ cus  
 ea ad pascua perrexit & diligēter custodinit: de nocte eas

**Argus  
 cētum  
 oculos  
 habu  
 it.**

ad domum rediit. Erat quidam homo cupidus nomine mercurius: subtilis valde in arte musicali q̄ m̄ro modo vaccā habere cupiebat. Sepe ad argū venit vt prece vel precio cornua ab eo obtineret. Argus tenens in manibus baculū pastoralem cum in terra fixit: et ait baculo in p̄sona domini sui. Tu es dominus meus nocte ista ad castrū tuum veniam. tu d̄cis mihi vbi est vacca cum cornibus. ego respondeo. Ecce vacca sine cornibus. me em̄ dormiente latro quidam cornua abstulit. Tu d̄cis. O miser nōne cētum oculos habes Quomodo erat q̄ omnes dormire vt et latro cornua abstulit? Hoc est mendaciū. et sic ero filius mortis. Si dicam vendidi filius mortis ero domino meo. Deinde ait mercurio. Perge viam tuam quia nihil obtinebis. Mercurius recessit. Altera die cum arte musicali et suo instrumento venit. Qui cum venisset incipit cum argo more bystrionico fabulas dicere et plerūq; cātare quousq; duo oculi argi inceperunt dormire. Deinde ad cantū illius duo alij oculi dormitauerunt et sic deinceps donec vniuersi somnum caperent. Quod cernens mercurius caput argi amputauit et vaccam cum cornibus aureis rapuit.

**M**ercurius caput argi auiputauit.

### Oratio.

**Q**uārisimī. Ille nobilis est d̄ns noster iesus christus. Vacca cādida aīa ad dei similitudinē creata q̄ dū manet in puritate vite: dat lac inocationis et orationis. p̄pter que duo multum a deo diligitur et ideo dedit ei cornua aurea: quia per vtrūq; saluati sunt plures hoīes post mortē xp̄i. Vacca illa cum cornibus traditur argo. i. prelato. Cū argus cū centum oculis claris virum prouidum et discretū ac vndiq; circūspectū significat qui semper habet vigilare iuxta gregē sibi cōmissam. Unde ezech. iij. dicitur prelato. Si non annūcianeris ei neq; locutus fueris vt auertat a via sua impia vt uiuat et ipse impius in iniquitate sua moriatur: sanguinē eius de manu tua requiram. Si autē annūcianeris impio: et ille

non fuerit conuersus ab impietate sua et a via sua pessima ipse quod in iniquitate sua morietur. tu autem animam tuam liberasti. Sed bene multi baculum pastorale id est potestatem suam ante oculos hominum ostendunt ut videantur et ut ab hominibus honorentur. Sed sepe contingit cum venerit aliqua temptatio diabolica scilicet audiendo cantus mulierum. Que cum sepe ab hominibus libenter audiuntur in illis delectantur insantemque a sue circumspectionis vigilantia cadunt et dormiente ipsorum prudentia spiritus liter pererunt: et vaccam id est animam quam diligenter seruare debent pro peccato amittunt. Unde caput a talibus amputatur. id est beata vita quam deo promiserunt pro opera meritoria seruare. Mercurius. id est diabolus auferit ab eis vitam eternam ducendo vaccam. id est animam ad infernum. Et quo nos custodiat dominus noster iesus christus qui cum patre et spiritu sancto sine fine viuunt etc.

De curatione anime per medicinam supercelestis medicis: qua quidam curantur et quidam non. Capitulum cxxij.

**O**rgonius regnavit que uxorem pulchram accepit que concepit et peperit filium. Puer crevit et ab omnibus est dilectus. Cum autem decem annos in etate habuisset mortua est mater eius et tradita est honorifice sepulture. Post hoc ex consilio multorum rex aliam uxorem duxit que filium patris uxoris non dilexit: sed opprobria multa sibi intulit. Rex autem hoc percipiens volens placere uxori filium suum extra imperium ordinavit. Filius expulsus artem medicine studuit et interitum profecit que factus est magnus et perfectus medicus. Audiens rex que filius suus in studio profecit gavisus est valde. Accidit in fra tempus breve que rex in gravem infirmitatem cecidit. Literas pro filio destinavit ut ad eum sine ulteriori dilatione veniret et eum ab infirmitate liberaret. Filius vero ut voluntatem patris intellexit: ad patrem venit et eum perfecte curavit. Unde fama eius per totum regnum volavit. Post hec regis nosterca eius usque ad mortem infirmabatur et medici ex omni parte sunt adducti qui omnes eam ad mortem

Raro  
vel nunquam  
Huxor  
secunda  
non diligit  
filios  
omni merito  
potestatis  
consequitur.



Indicabāt. Hoc accipiens rex tristatus est valde: rogauit  
 filium vt eam curaret. At filius ait. Petitionem vestra ad  
 implere nolo. Cui pater. Extra regnū meū te expellā. Cui  
 filius. Si sic agitis iniuste mecum facitis. Pater ac benis  
 gnissime genitor bene constat vobis q̄ me filium vestrum  
 extra regnū expulistis ppter eius suggestionē. vñ mea ab  
 sentia dilectissime pater fuit causa vestri doloris ⁊ infirmi  
 tatis: ⁊ mea pñtia est causa doloris et infirmitatis regis  
 ne videlicet nouerce mee. ideo nolo eam curare: sed po  
 tius volo ab ea recedere. Ait pater filio suo. Eundē morbu  
 bz regina nouerca tua quem ego habui. me patrē tuū pfe  
 cre curasti. sic etiam ⁊ nouercam tuā cura. Respondit filius  
 patri. Pater mi dilecte. licet sit eadem infirmitas non tñ  
 eadem complectio est tibi ⁊ sibi. Quicquid ergo tibi feci  
 gratum ⁊ ratum habuisti: quando palacium intraui ⁊ vi  
 disti curatus fuisti. nouerca mea quando me videt grauā  
 tur. Si loquor inauditus dolor: si tangaz eam extra seip  
 saz rapit. ⁊ iō nihil magis expedit egris curandis nisi da  
 re eis qđ volunt ⁊ qđ desiderant: ⁊ sic per tales allegatio  
 nes filius enasit: ⁊ nouerca defuncta est.

### Capitulum de oratione.

**Q**uorūdam. Rex iste pōt dici primus parens ad  
 qui locum ⁊ imperium habebat scz paradysum  
 quem deus dñm totius mundi pstituit. ps. Dis  
 subiicitū sub pedibus. ⁊c. Qui desponsauit palestram vxo  
 rem. i. animam ad dei similitudinem creatam. ex qua ge  
 nuit filiū. i. xpm sua pgenie pductum q̄tum ad humani  
 tatez. vxoꝝ. i. aia moritur spualiter per peccatū qđ cōmisit  
 statim duxit aliam vxorem. scilicet iniquitatem ⁊ miseriam  
 in quam cecidit. per quam paradiso priuabatur. et in  
 isto mundo ponebatur vbi in sudore et labore vixit. Si  
 lius dei qui erat de sua progenie secundum carnem de  
 imperio celesti propter nostram infirmitatem et iniquita  
 tem descendit qui factus est noster medicus: omnes infir  
 mitates curat intñ q̄ fama eius in celo ⁊ in terra ⁊ in inferi

Mō ea  
 dez est  
 cōple  
 rior viri  
 ⁊ vxor  
 ris.

Deus  
 oēs infir  
 mitas  
 tes no  
 stras p  
 eū pas  
 sionem  
 cura  
 uit.

no volauit. Sed pater noster adam grauiter infirmabat  
 per peccatū cōmissam tā in corpore q̄ in aīa. In corpore  
 perdidit gloriā ⁊ bonorē q̄ de paradiso est expulsus. In  
 aīa quia a deo separatus est ⁊ in infernū collocat⁹. Deus  
 vero optime ⁊ perfecte illam sua benedicta passione cura  
 nit. sed nouerca sc̄z diabolus cui per pctm̄ cōiunctus erat  
 nuncq̄ volebat curare. Dic mihi quare: cū habuerint ean  
 dem infirmitatē qz ambo per peccatū ceciderunt? Ad hoc  
 dico. Licet ambo peccauerint: tñ alio ⁊ alio modo. Dia  
 bolus sine suggestionē ⁊ ex ppria malicia. Homo vero p  
 diabolu tēptatus ⁊ ex fragili materia plasmatus in peccā  
 tum cecidit ⁊ oleum mie petijt. Ideo medicus dñs noster  
 Iesus x̄ps hominem curauit sed non nouercam sc̄z diabo  
 lum. Nouerca illa est causa quare filius dei a multis ho  
 minibus in aliam regionem mittitur ⁊ ab alijs expellitur  
 Sed econuerso presentia diuina est causa mortis diabol  
 li: quia ambo se non compatiuntur.

**De spūali pugna ⁊ remuneratiōe p victoriā. La. cxij.**

**A**donias regnauit diues valde qui torneamēta  
 ⁊ hastiludia multū dilexerat. Cū quoddā tor  
 neamentū fecit prodamari: vt quicūq; se in tor  
 neamēto melius haberet mercedē condignā a rege obti  
 neret. Hoc audientes nobiles ⁊ optimates ad torneamē  
 tum venerunt. rex ordinauit vt milites diuiderētur ita qz  
 ex vna parte plures ordinauit in certo numero et tot ex  
 alia parte. Illi vero q̄ primo ordinati fuerūt omnia scuta  
 sua ⁊ arma in loco ad hoc deputato per ordinē posuerūt.  
 Rex precepit vt quicūq; ex alia parte scutum alterius ha  
 sta tāgeret. statim ille cuius scutū tactū esset ad torneamē  
 tum secum delcēderet ⁊ vna puella ad hoc electa illi ar  
 maret ⁊ sic cōtra alium luderet: ⁊ si alium in ludo superas  
 set illa die corona regis coronatus esset ⁊ in regali mensa  
 collocaretur. Miles quidam hoc percipiēs diligēter  
 oīa scuta respexerat ⁊ vnū scutū vidit in quo erāt tria po  
 tina aurea q̄ miro mō habere desiderabat. scutū illud teti

Cupit  
 ditas  
 sepissu  
 me cau  
 sat mor  
 tem.

git. Alius autē cui⁹ erat scutū statim a puella se armari fecit  
 ⁊ descendit ⁊ cōtra eū lussit in quo ludo caput eius q̄ scutū  
 suum tetigit amputavit ⁊ mercedē condignam accepit.

**C** Moralizatio.

**Q**uoniam. Iste imperator est dominus noster Ie-  
 sus christus qui cōtra diabolum pugnauit. Pri-  
 mo in celo cōmissam est torneamentum. id est bel-  
 lum inter deum ⁊ diabolum quando michael ⁊ angeli eius  
 preliabantur cum drachone: ⁊ postea in terra in die para-  
 scenes. Sed redeamus ad propositum. Deus habet tria  
 scuta seu signa. scilicet potētiam que est scutum patris: sa-  
 pientiam que est scutum filij. bonitatem que est scutum spi-  
 ritus sancti. Illa tria scuta deus posuit in vno loco deter-  
 minato scilicet in natura humana quando creauit homi-  
 nem ad ymaginem ⁊ similitudinem suam. Primus homo  
 dominabitur omnibus bestijs. ecce potētiam que est scu-  
 tum patris. Primus homo plenam habuit scientiam de  
 omnibus rebus. ecce sapientiam que est scutum filij. Pri-  
 mus homo creatus est in gratia ⁊ dilectione dei et proxi-  
 mi. ecce bonitatem que est scutum spiritus sancti. **M**ali-  
 gnus vero spiritus in malo obstinatus volēs pugnare cō-  
 tra deum accessit ad hominem in quo tria scuta triū per-  
 sonarum erāt appēsa. ⁊ vnum tetigit: non scutum patris  
 dicens. Si comederitis eritis potētes sicut dñs. Non scu-  
 tum spiritus sancti dicens. Eritis boni viri amantes. Sed  
 tetigit scutum filij in quo reperta sunt poma aurea scilicet  
 operatio trinitatis dicēdo. Si comederitis ex isto fructu  
 eritis sicut dñs scientes bonum ⁊ malum. Tactum ergo est  
 scutum filij dei. quare decuit vt deus pater mitteret filium  
 qui malignum spiritum pro nobis expugnaret. Illius dei  
 filium armauit vna virgo electa scilicet beata virgo ma-  
 ria de qua humanam naturam assumpsit: cum qua nos  
 ad vitam eternam perducit.

prim⁹  
 hō scz  
 adam  
 creat⁹  
 in gra

**C** De liberatione humani generis a fovea  
 infernali.

Capitulum. cxij.

**E**rat quidam rex in cuius imperio quidam pauper habitabat q̄ singulis diebus ad quandam siluam perrexit vt ligna colligeret ad vendendum p̄ que posset victum et vestitum acquirere. Accidit quadam die q̄ ad siluam cum asino suo perrexit. a casu infra densitate nemoris cecidit et subito in quadam fovea receptus est de qua nullo modo poterat exire. In qua fovea erat dracho horribilis qui totam foveam interius cum sua cauda circumvoluit. In eadem fovea erant serpentes multi: in superiori parte fouee in profundo vel in medio erat quidam lapis rotundus: ad quem omnes serpentes singulis diebus semel in die accedebant et illum lambebant. Deinde dracho simili modo lambebat lapidem. Pauper cum hoc vidisset intra se cogitabat. Multis diebus in ista fovea sine alimeto stetit: nisi cibum habuero fame peribero. pergā igitur ad illum et lambere volo sicut serpentes et dracho fecerunt. Perrexit itaque ad lapidem incepit lambere et inuenit in lapide omnem saporē quem cor eius desiderabat et sic est refocillatus ac si omnia cibaria mundi comedisset siue bibisset. Infra paucos dies factum est tonitruum magnum et horribile: ita q̄ omnes serpentes vnus post alium exiit. Cum vero nullus serpens remaneret in puteo: dracho incepit extra foveam volare. Pauper vero hoc videns caudam drachonis tenuit. Dracho cum de fovea leuauit et ad magnam distantiam extra foveam proiecit. Ille vero per aliquos dies ibidem stetit penitus ignorans viam extra nemus. Accidit enim q̄ quidam mercatores venerunt et eum extra nemus ad viam rectam duxerunt. Ille vero gauisus est valde. Ad ciuitatem rediit et omnibus denūciauit quomodo ei acciderat. et statim post hoc vitam finivit.

In lapidibus et in multis animalibus creaturis uesti laetens.

**Capitulum 18. Moralizatio.**

**A**darissimū. Iste rex est pater celestis: pauper ille potest dici quilibet homo qui nudus est egressus de utero matris sue qui intrat nemus scilicet mundum istum. Cū sepe cadit in foveam profundam quando cadit in peccatum mortale vbi facit in magno periculo: quia sub potest

state drachonis. i. diaboli. Serpentes qui sunt cū eo in for-  
nea sunt alia pctā venialia p q̄ homo intoxicat velut p ser-  
pentem. Lapis rotūdnus in medio est xps. Unde. ps. La-  
pidem quē reprobauerunt edificātes. &c. In eo inuenitur  
oīs sapor & dulcedo. Ad illū debemus tpe tribulationis  
recurrere & cū deuota oratione labere. Tonitruū magnū  
est cōfessio pura facta cū contritione coraz sacerdote. De  
quo tonitruo sez confessione oēs serpentes. i. peccata & de-  
mones quos ad nos p peccata vocamus terrētur & depel-  
lūtur. & dracho. i. diabolus expellitur. **A**ppercatores sunt  
predicatores & confessores qui quotidie lucrātur animas  
quas dyabolus conatur auferre. Iste tunc deducitur in  
viam rectam ciuitatis sancte hierusalem. Ad quam nos  
perducat dominus noster **I**esus christus.

**D**e morte xpi pro nostra reconciliatone. Cap. cxv.

**E**rat quidam imperator qui quandam forestam  
habebat. in qua fuerat quidā elephas cui peni-  
tus nullus appropinquare audebat. Audiēs ve-  
ro hoc rex a philosophis suis & sapientibus naturam ele-  
phantis questuit. Illi vero respōderunt & dixerunt q̄ ele-  
phas mundas virgines multū diligeret. Rex hoc audiēs  
statim fecit inquiri duas puellas honestas & pulchras ac  
dulciter cātantes: quas i regno suo habebat. Inuēte sunt  
igitur due virgines satis pulchre & honeste: quas rex fecit  
denudari & forestā sic nude intrare: vna earū peluim acce-  
pit: altera gladiū & intrabāt in introitu inceperunt dulci-  
ter cantare. Hoc audiens elephas venit ad eas: cepit mā-  
millas earum labere. virgines cōtinue cātabant quousq̄  
elephas in gremio vnus virginis requieuit alia virgo  
videns elephantem in gremio alterius virginis dormire  
cum gladio eum occidit & virgo in cuius gremio dormi-  
uit peluim de sanguine elephantis repleuit & sic ad regem  
perreperunt. Rex vero gaudens est valde: statim fecit fieri  
purpuram & multa alia de eodem sanguine.

Quali-  
ter ele-  
phas  
fuit de-  
ceptus

**C**ap. cxvi. **D**oralisatio.

**A**darissimi. Iste imperator est pater celestis: elephas dñs noster iesus xps qui añ incarnatione erat satis austerus. due virgines fuerunt maria et eua que ambe erant nude ab omni peccato. Maria sanctificata in vtero. Eua collocata in paradiso. Eua gladiu potauit. i. peccatu qd comisit p dei pcepta. ppter qd xps verus elephas mortuus est. Maria peluum. i. vterum virgineu in quo pceptus erat xps et eius humanitas formata. Elephas vbera lambebat. i. legem antiquam et noua que sunt duo vbera per que hoc salutis sugere poterim. Xps vtranz lambebat. i. vtranz lege impleuit cu sanguinem suu effudit. De cuius sanguine anime nostre facte sunt purpate omni honore et gaudio plene. vt sic si volumus vitam eternam possideamus.

**D**e dilectioe dei quo oes nos equaliter diligit vsqz ad ipm per peccata nostra despiciamus. Capitulum. cxvi.

**D**ipinus regnavit qui quandam pulchram puellam desponsauit que pcepit et peperit elegantem filium: sed in partu mortuus est. Duxit aliam et ex illa etiam filium genuit. Vtranz filium ad nutriendum in longinquas partes misit. Isti duo per oia sibi inuicem erant filies. Cum vero per longa tempore moram traherent. Mater secundi filii suu filium videre cupiebat. preces regi fundebat vt filium suum videre posset. rex ei concessit et nunciu per duobus filiis destinavit. Cum vltra filii venissent. ita per oia filies erant lz tñ secundus esset minoris q̄titaris et etatis qz forte vnus anni: nihilominus tñ tantus erat sc̄os quantus primus sicut multoties p̄tigit. et forte vterqz patrisabat in facie in vna

**M**atritate mentis et corporis ita qz regina qd eius filius esset ter sem ignorabat. A rege diligenter petiuit quis eorū esset. filius per plus eius. Sed rex ei indicare noluit. Ipsa hoc audiens fleuit diligit amare. Rex cu hoc audisset et vidisset ait ei. Noli flere. Iste filius tuus est filius tuus et demonstrauit sibi filium quem de prima uxorem se genuerat. Regina hoc audiens gauida est valde. Statim aliam totam curam dedit filio isti ad nutriendum et de alio nihil

turabat qui erat eius p̄prius fili⁹. Rex cū hoc vidisset dē  
 xit ei. Quid facitis? deceptivos. Ille non est filius vester: s̄  
 vnus istorū est. At illa. Quare sic mecum agis? indica mihi  
 rogo te. Et ille. Nolo. ⁊ hec est cā. Si veritatē tibi dixisses  
 vnum. s. filium tuū velles diligere ⁊ alterū odio habere. Et  
 ideo volo q̄ ambos equaliter diligas ⁊ nutrias. Et cū ad  
 etatem legitimam venerint. tūc tibi veritatē pandā de qua  
 gaudebit cor tuum. Hoc audiens regina ambos peropti  
 me nutrit: donec ad etatem legitimā peruenerunt. Cū  
 autē quis esset filius eius per regē fuerat experta vltra mo  
 dum fuit gaudia. Et sic in pace vitam finierunt.

¶ Moralizatio.

**Q**uāritissimi. Rex iste est domin⁹ noster iesus chris  
 tus. duo filij sunt electi ⁊ reprobi. mater est san  
 cta ecclesia que est mater vltimi filij. Mater p̄ri  
 mi filij mortua est scilicet lex antiqua per xp̄i incarnationē  
 Deus non vult q̄ sancta mater ecclesia sciat quis sit elec  
 tus vel reprobus: vt ambos in charitate perfecta nutriet  
 quia si sciret: vnum diligeret ⁊ alterum odiret. Et sic non  
 esset pax ⁊ concordia. Sed in die iudicij cum ad legitimam  
 etatem peruenerint: tunc apparebit veritas qui sint electi  
 vel reprobi. tunc electis dicetur illud. Math. xv. capi.  
 Venite benedicti patris mei. ⁊c. Reprobis autē. Ite male  
 dicit. ⁊c.

¶ De obstinatis ac conuerti nolentibus ⁊ eorū plaga per  
 diffinitam sententiam.

Capitulum. cxviii.

**H**edericus regnavit. qui statuit p̄ lege q̄ quicū  
 q̄ aliquam virginem vi raperet si aliquis eā de  
 manu raptoris liberare posset: eam in vxore ⁊ du  
 ceret si virgini placeret. Accidit casus q̄ qdam tyrannus  
 malus quandam virginem rapuit. ⁊ ad quandam forestā  
 eam duxit ⁊ deslorauit. Illa vero voce magna clamauit.  
 Miles quidam nobilis genere ⁊ opere casu per eandem  
 forestam equitauit ⁊ vocem puelle audiuit. percussit equū  
 ⁊ ad eam peruenit ⁊ causam clamoris ab ea quesuit. Cui

illa. **D**ñe mi ppter deū mibi succurrite: ille tyrann<sup>9</sup> me  
 rapuit ⁊ deflorauit ⁊ post hoc me occidere pposuit. At ra  
 ptor. **D**omine vxor mea est ⁊ eaz in adulterio inueni. ideo  
 eam occidere pposui. At illa. **B**sie nō est ita: nunq̄ vxor  
 alicuius eram: nec unq̄ polluta nisi hodie per ip̄m deflor  
 rata sūz: ideo mibi succurrite adhuc signa virginittatis in  
 me manent. At miles tyranno. **S**igna manifeste virgini  
 tatis in ea video ⁊ q̄vi eam rapuisti ac deflorasti. ideo eaz  
 de manibus tuis liberabo. Respondit tyrannus. **S**i vo  
 lueris eam liberare pro ea pugnabo contra te. Statim  
 ambo ad inuicem pugnabant: ⁊ duos icus dederunt: et  
 miles victoriam obtinuit tamen grauitervulneratus erat  
**O**btenta victoria ait miles puella. **N**unquid tibi placet  
 vt te in vxorem accipiam? Cui ait. **H**oc summe ex toto cor  
 de desidero ⁊ sup hoc fidem meam tibi do. **F**ide data ait  
 miles puella. **I**n castro meo per aliquos dies manebis in  
 terim pergam ad parentes meos ⁊ necessaria pro nuptijs  
 prouidebo ⁊ tunc ad te redibo ⁊ cum magna solemnitate  
 te desponsabo. **Q**ue ait. **D**omine presto sum voluntati ve  
 stre per omnia obedire. **A**philes ei vale dixit: ⁊ illa ad ca  
 strum perrexit. **D**um autem miles extra suam patriam eēt  
 vt necessaria pro nuptijs ordinasset: tyrannus ad castrum  
 militis accessit in quo erat puella: ⁊ pulsabat. **I**llavero in  
 troitum ei negauit. **T**yrannus incepit multa promittere ⁊  
 eam in vxorem honorifice ducere. **I**llavero dictis eius cre  
 dens eum intromisit: ⁊ ambo simul illa nocte dormierunt  
**A**philes autem post mensem rediit ⁊ ad portam castri pul  
 sauit: puella ei non respondit. **I**lle hoc audiens ⁊ percipēs  
 cum amaritudine cordis dixit. **O** bona puella ad memo  
 riam reduc quomodo te saluavi a morte: super hoc mibi  
 fidem tuam dedisti. **L**oquere bona puella: ⁊ ostende mibi  
 faciem tuam. **I**lla hoc audiens quandam fenestram ape  
 ruit ⁊ ait. **E**cce assum. quod placet propone. **Q**ui ait. **A**ph  
 iros de te q̄ ignoras quid ⁊ quanta feci pro te. vulnera di  
 uersa recepi pro amore tuo. ⁊ si mibi non credis corpus

**A**ph  
 lier p  
 missio  
 nibus  
 cito de  
 cipitur



mentum tibi ostendam. His dictis vestimenta sua deposuit  
 et ait. Ecce charissima vulnera diuersa que recepi pro vita  
 tua. Idcirco nolui tibi esse ingrata. Aperi ergo mihi por-  
 tam ut te in sponsam dilectam accipiam. Illa vero faciem  
 suam auertebat ab eo: et portam noluit aperire. Miles in-  
 dici est conquestus et pro se legem allegauit adiciens quo-  
 modo eam liberasset et quanta vulnera pro amore eius su-  
 stinuisset: ergo eam in uxorem peteret. Iudex hoc audies  
 pro raptoze misit: qui cum venisset ait iudex raptozi. Nun-  
 quid illam mulierem rapuisti: et ille miles per fortitudinē  
 de manibus tuis liberauit? At ille. Etiam domine. Cui iu-  
 dex. Ergo sine legem pro sua voluntate uxore eius est qui eā  
 de tua potestate liberauit. Quare post hoc de uxore alte-  
 rius te intromisisti? Primo quando castrum eius intrasti  
 ipso ignozante. Secundo lectum alterius violasti. Tertio  
 per tantum spacium uxorem eius occupasti. quid ad hoc  
 respondes? Ille obmuroit. Conuersus iudex ad mulierem  
 dixit: O puella iure duplici uxore illius militis es. Primo  
 quia de manu raptozis te liberauit. Secundo quia sibi fi-  
 dem dedisti. Quare ergo post hoc portam sui castrī alteri  
 quam viro tuo proprio aperuisti: et illum intromisisti. Il-  
 la ad hoc non poterat respondere. Iudex statim iudicij  
 dedit ut ambo in patibulo suspenderentur. Quod et fa-  
 ctum est. Omnes ergo iudicem laudabant quod talem sen-  
 tentiam dedit.

**C. Moralizatio.**

**Q**uoniam charissimi. Iste imperator est deus qui statim legē  
 dedit. Mulier rapta est anima capta. Raptoz est  
 dyabolus qui non tamen per peccatum ipsam deflorat. sed  
 etiā eternaliter vult occidere. sed ipsa clamauit quoniam petiuit oleum  
 misericordie dicens illud. Luce. xv. Misereere mei filij da-  
 uid. quia filia. id est scientia mea male a demonio veratur.  
 Cuius clamore miles quidam audiuit scilicet filius dei equi-  
 tans super equum humanitatis. filius dei descendit in fore-  
 stam istius mundi et bellum contra dyabolum pro genere  
 gnaret  
 filius  
 dei di-  
 cte descē-  
 disse in  
 hunc mun-  
 dum  
 doctus  
 dyabo-  
 lumpu-  
 gnaret

**homo commisit.** In quo bello vulnera diuersa recepit.  
**De quibus** vulneribus vterq; erat vulneratus. scilicet chris-  
 tus in carne. dyabolus in potestate. Unde **Esay.** dicitur.  
**Phors** impellit soxtem & ambo pariter corruerunt. **Chri-**  
**stus** sponsalia constituit per baptismum in quo anima dat  
 fidem quando dyabolo renunciat & omnibus popis **ep.**  
**Et** ideo adherere. Emittit per alias virtutes quas recepit  
 facit castrum contra dyabolam mundum & carnem. **In-**  
**terim** deus celos ascendit ad preparandum nuptias pro  
 nobis vt in gloria eterna cu ipso coniungamur secundum  
 illud. **Job.** Vado parare vobis locum. Sed qm anima est  
 in castro corporis tunc raptor. i. dyabolus puellam. i. ani-  
 mam aggreditur quando eam per mundi vanitatem sedu-  
 cit. & ad eam ingreditur quando in peccatum ceciderit. et  
 in eo permanet. & sic christus expellitur. Sed christus res-  
 uertens quotidie ad hostium cordis tui pulsatur. Et dicit il-  
 lud. **Can.** Ego sto ad ostium & pulso te. Sed anima in pec-  
 catis obstinata eum non cognoscit. ideo christus sibi offe-  
 dit vulnera que pro nobis suscepit vt ad eum inclines cor  
 tuum & fenestram cordis tui saltez aperias. Sed miser ho-  
 mo quoniam dominum non timet vt eius cor aperiat con-  
 tra talem iudex celestis in die iudicij dabit sententiam vt  
 ambo suspendantur in patibulo infernali.

**De fallacia & dolo.**

**Capit. cxxvij.**

**M**iles quidam intravit egyptum cogitans sibi pe-  
 cuniam suam relinquere interrogauit si aliquis  
 fidelis ibi maneret cui pecuniam suam ad custo-  
 diendum traderet. & audiuit qd erat quidam senex ad eum  
 accessit vt mille talents ei traderet. Deinde ad peregrinan-  
 dum perrexit. Peracto itinere ad eum redijt cui talia co-  
 miserat commissa ab eo quesuit. At ille plenus nequitia  
 nunq; se eum vidisse asseruit. Miles vero sic deceptus co-  
 tristatus est valde singulis diebus ab eo petijt & cum blan-  
 dis sermonibus deprecans. vt sibi redderet. Deceptor in-  
 crepabat ne talia de eo amplius diceret. vel etiam ad eum

rediret. ille tristis ab eo recessit habens obuiam quamdam vetulam panis heremitalibus indutam. habensque in manu baculum. et per viam leuauit lapides ne transientes pedes lederent. Que videns eum stentem et cognoscens quod extraneus esset comorata pietate eum vocauit. et quicquid ei accidisset interrogauit. At ille ordinate narrauit quomodo per illum senem esset deceptus. At illa. Amice si vera sunt que mihi dicis dabo tibi sanum consilium. At ille. Testis est mihi deus vera utique sunt. Que ait. Adduc mihi hominem de terra tua cuius dictis et factis fides adhiberi possit. Ille homo adduxit fidelem hominem. Cui adducto precepit vetula decem copulinos emere exterius preciosius depictos coloribus ferrosque ligatos cum ferraturis deargentatis et lapidibus impleri iussit. Miles homo fecit sicut mulier iussit. Mulier videns omnia parata ait. Nunc decem homines peragere que mecum et cum socio tuo ad domum deceptorum vadat et copulinos deferat: vnus post alium venientes ordine logo: et quanto prius intrauerit et nobiscum quiescerit. veni audacter et pete pecuniam. Ego homo in deo confido quod pecunia tibi reddet. Que vetula cum socio deceptoris ad domum deceptoris venit et ait. Domine iste extraneus homo hospitatus est mecum: et vult adire patriam suam et querit prius pecuniam suam que est in decem copulinis alicui homini probum et fideli commendare donec reuertat. procor ergo te ut amore dei et mei in domo tua custodias. Et quia audiui et scio te probum et fidelem: nolo per aliquem nisi per te solum pecuniam custodiri. Cum sic loqueretur. Ecce intravit primus seruus deferens copulinum vnum. Quod videns deceptor: credidit verum esse quod vetula dixit. Post hoc intravit miles ut vetula precepit. Quem videns deceptor timens ne pecuniam peteret et alius sibi non crederet ad custodiendum suas pecunias: contra eum venit adulando dicens. Amice vbi fuisti? veni et accipe pecuniam tuam fidei mee iam diu commendatam. Miles homo letus pecuniam recepit gratias agens pro deo et vetula. Vetula vero hoc videns surrexit et ait. Domine ego et homo iste ibimus circa ceteros copulinos: et reuer-

de astu  
tia cui  
iustas;  
vetule.

Quas  
dece  
ptorpe  
cuniaz  
remissi  
militi  
p caus  
rela ve  
tule.

ti festinabimus. tu vero expecta donec redeamus: & bene  
conserua q̄ iam adduxim⁹. Et sic miles per vetulā pecu-  
niam suam recuperauit. **Caporalisatio.**

**Q**uarrissimū. Iste miles est quilibet christianus q̄  
in isto mūdo q̄dū uiuit peregrinatur: q̄ facit  
omni die dietam ad mortē. Qui decēz talēta. i.  
decem precepta dñi inordinate per pctm̄ tradidit cuidaz  
seni. Senex ille est mundus plen⁹ deceptionib⁹. Uñ si in  
rebus mūdānis delectamur & mūdo cōfidimus precepta  
dinina amittim⁹ & vix cū difficultate acquirere celum pos-  
terimus donec p̄ verā cōtrictionē confessionem & satisfac-  
tionē acq̄ram⁹. Uetula ista habitu peregrini induta est  
cōsciētia sana que cōtinue amonet lapides. i. operatiōes  
malas de via cordis tui. ne pedes bonarum cogitaciōnū  
offendantur. Sic mihi quomodo debes recuperare q̄d p̄  
pctm̄ pdidisti. Certe oportet te adducere de patria tua. i.  
de corde tuo decē homines. i. decē opera penitētie ita p̄  
quolibet p̄cepto quod per pctm̄ violasti vnū actum mie-  
sen penitētie oportet te adimplere: q̄ scōm beatū Augu-  
stinum bonū irremuneratū & nullū malū impunitū. Itē  
opz q̄ habeat cophinū bñ ligatū scz cōtritū cor & virtutibus  
bñ insignitū paruis lapillis plenum. Lapidēs isti in  
corde est meditatio: scz vulnerum xp̄i: & memoria passio-  
nis eius q̄ cōtinue opz habere cōtra diabolū mundum &  
carnē. In cui⁹ figura dz. j. regū q̄ dauid cū baculo pasto-  
rali & cū funda & quinq; lapidib⁹ goliath occidit. Dauid  
interpretatur manu fortis & signat xpm. funda signat amo-  
rem trahētē eū de celo in mūdū a mundo in crucē. Quinq;  
lapides sunt quinq; vulnera. Solias est diabolus. & sic p̄  
quinq; lapides. i. vulnera tandē occiditur. Si ergo istos  
lapides continue in cophino cordis tui habueris virtutes  
p̄ peccatū perditas rehabere poteris. & sic p̄gere cum  
gaudio ad patriam tuā: id est vitā eternam.

**Q**uod omnū viuētium in mūdo de beneficijs acceptio  
est ingratiſſimus homo. **Lapi. cxix.**

**Nota**  
q̄ habē  
da sūt  
nobis  
contra  
aduer-  
sarios  
anime.

**Q**uidā rex senescallus habuit sup imperium suū  
 cui<sup>9</sup> cor ita eleuatum ⁊ exaltatum est q<sup>o</sup> oēs op<sup>o</sup>  
 primebat q<sup>o</sup> ad nutū eius oīa fiebant. Juxta  
 palatiū impatoris erat quedā foresta sialib<sup>9</sup> siluestribus  
 plena: q<sup>o</sup> ordinauit q<sup>o</sup> fierēt diuerse fonee quas folijs co<sup>o</sup>  
 operiebant bestie subito in eas caderent ⁊ sic caperentur.  
 Accidit q<sup>o</sup> senescallus transiret per forestam ⁊ eleuātū est  
 cor eius intantum q<sup>o</sup> opinabatur q<sup>o</sup> nullus maior eo esset  
 in imperio. Qui vltimus equitās cecidit in vnā foneā  
 quam exire nō poterat. Eadē die in eadē foneā leo cecidit  
 postea symea. ⁊ tertio serpens. Senescall<sup>9</sup> videns se circū  
 uolutum istis bestijs timuit ⁊ clamauit. Cuius clamorem  
 audiēs quidā paup nomine, Guido qui cū asino ducebat  
 ligna de foresta de quibus victum q̄suiuit venit ad foneam  
 cui promisit multas diuitias vt eū extraheret. Guido ait  
 Charissime nihil habeo vñ viuere possim nisi colligā li  
 gna si labore istius diei dimiterē danū incurrerē. Cui ei  
 promittēs bona fide q<sup>o</sup> ei de diuitijs p̄nderet si eū extra  
 beret. Guido hoc audiēs ad ciuitatē iuit ⁊ lōgam corday  
 secū portauit quā in foneā misit vt senescall<sup>9</sup> se succinge  
 ret ⁊ sic eū sursum traheret. Qua dimissa saltauit leo ass  
 sup cordā ⁊ extractus est. Quo facto applausum ei fecit ⁊  
 ad siluā cucurrit. Deinde iterū cordā misit in foneam ⁊ ec  
 ce symea sup eam saltauit quas guido sursum traxit ⁊ ad  
 siluā cucurrit. postea cordā descendere permisit ⁊ serpens  
 sup eā saltauit quē etiam extraxit. applausum ei fecit ⁊ ad  
 siluā cucurrit. Deinde miles clamauit. O charissime bene  
 dicit<sup>9</sup> altissim<sup>9</sup> iā de bestijs sum liberatus cordam p̄mitte  
 descendere q<sup>o</sup> ⁊ factū est. miles se succinxit ⁊ guido eū ex  
 traxit. deinde equū extraxerūt: statim senescall<sup>9</sup> equū ascēdit  
 et ad palatium regis venit. guido vero domi venit. vxor  
 vidēs eū vacuum tristata est valde. Ille vero processum  
 ei narrauit ⁊ q<sup>o</sup> mercedē p̄dignam acciperet de quo vxor  
 gauisa est. Adane vero guido ibat ad castrum mittēs la  
 nitorē ad senescallum q<sup>o</sup> ipse ibi esset q<sup>o</sup> prima ⁊ secunda

Qui se  
 exaltat  
 humi  
 liabit.

De in- vice negavit q̄ eū vnq̄ viderit: immo nisi recederet ip̄m  
grati- crudeliter verberaret q̄d ⁊ fecit. qui dum tertia vice reuer  
tudine- sus effec̄ ita crudeliter portari eū verberavit q̄ ipsum ses  
sene- minuz reliquit. Q̄d autē exor̄ guidonis venit ⁊ ip̄m  
scalli er- cū asino ad domū duxit ⁊ diu infirmat⁹ est ⁊ omnia bona  
ga gui- sua in infirmitate ꝑsumpsit q̄ habuit. Dū autē san⁹ factus  
donēq̄- effec̄ ⁊ vna dierū ligna colligeret vidit a lōge decē asinos  
eū libe- oneratos cū fardellis ⁊ leonē a parte posterioꝝ sequentē  
ranit. recto tramite versus guidonē eos duxit. Guido int̄ime re  
spexit leonē ⁊ statim memoriā habuit q̄ ille leo effec̄ quē  
de fouea extraxit. Leo cū ad eū venisset cū pede ei signuz  
fecit vt cū asinis oneratis ad domū accederet: quod ⁊ fe  
cogno- cit. Guido asinos secum domi duxit ⁊ leo sequebat quos  
uit bñ- usq̄ Guido ad domū peruenit. Cū autē asini domū intra  
factorē- rēt leo cū cauda applausum fecit guidoni ⁊ ad siluam cu  
⁊ eū re- rrit. Guido ꝑ diuersas ecclesias ꝑclamare fecit si aliqs  
muner- asinos amisset ⁊ nō est inuent⁹ vn⁹ q̄ ꝑfiteret se aliquem  
ranit ꝑdidisse. ip̄e aperiens fardellos diuitias multas inuenit  
vt pos- de quibus multum gaudens diues effectus est. Cum se  
tuit. cunda die Guido ad forestā venit ⁊ instrumentū ferreuz vt  
ligna scideret nō haberet respexit superi⁹ ⁊ vidit symeaz  
quā de fouea extraxit que cū dētib⁹ ⁊ vnguibus tantū frā  
gebat q̄ Guido sine labore asinū suū oneravit ⁊ domū est  
reuerfus. Tertia vero die Guido ad forestam reuertitur et  
cum sederet ad ꝑparandū instrumentū vidit serpentem  
quē de fouea extraxit portatē lapidē in ore suo collocatū  
triplici colore. Ex vna parte erat alb⁹ ex alia niger. ex ter  
tia rubicūdus. Os suū aperuit ⁊ in gremio eius ꝑmisit ca  
dere ⁊ recessit. Guido cū lapide ad vnū peritū accessit. qui  
cū eū vidisset ⁊ virtutē ipsi⁹ cognouisset libēter cētum flo  
renos ꝑ lapide dedisset. Guido ꝑo virtute lapidis mul  
ta bona acq̄siuit ⁊ in militiā est ꝑmor⁹. q̄d intelligēs im  
peratoꝝ eū ad se venire ꝑcepit ⁊ lapidē habere voluit ꝑo  
pecunijs aut eum extra regnū mittere. Ait Guido. Dñe la  
pidem vendam: sed vnum dico. Si modo valorem mihi

De sy-  
mea ⁊  
eiꝑ reco-  
gnitio-  
ne.

De res-  
mune-  
ratioe  
serpen-  
tis er-  
ga bñ-  
factorē

De sy-  
mea ⁊  
eiꝑ reco-  
gnitio-  
ne. quā de fouea extraxit que cū dētib⁹ ⁊ vnguibus tantū frā  
gebat q̄ Guido sine labore asinū suū oneravit ⁊ domū est  
reuerfus. Tertia vero die Guido ad forestam reuertitur et  
cum sederet ad ꝑparandū instrumentū vidit serpentem  
quē de fouea extraxit portatē lapidē in ore suo collocatū  
triplici colore. Ex vna parte erat alb⁹ ex alia niger. ex ter  
tia rubicūdus. Os suū aperuit ⁊ in gremio eius ꝑmisit ca  
dere ⁊ recessit. Guido cū lapide ad vnū peritū accessit. qui  
cū eū vidisset ⁊ virtutē ipsi⁹ cognouisset libēter cētum flo  
renos ꝑ lapide dedisset. Guido ꝑo virtute lapidis mul  
ta bona acq̄siuit ⁊ in militiā est ꝑmor⁹. q̄d intelligēs im  
peratoꝝ eū ad se venire ꝑcepit ⁊ lapidē habere voluit ꝑo  
pecunijs aut eum extra regnū mittere. Ait Guido. Dñe la  
pidem vendam: sed vnum dico. Si modo valorem mihi

dederitis ad me redibit. Qui dedit sibi trecentos flores nos & tunc guido in archa sua inuenit que ab impatore reddunt. Qui admirans dixit. Vix mihi unquam lapide habuisti? Ille vero a principio usque ad finem narrauit quomodo senescallus in foueam cecidit cum leone symea & serpente & quod pro mercede vulneratus fuit a senescallo & quicquid a leone symea & serpente recepit. Hoc audiens impator commota sunt omnia viscera eius contra senescallum & ait ei. Quid est hoc quod audio de te. Ille negare non poterat. Cui imperator. O pessime magnam ingratitude fecisti guidoni ex quo de periculo mortis te liberauit & hic eum semiuivum reliquisti. O miser ecce bestie irrationales sicut leo symea & serpens mercedem ei reddiderunt pro bono: tu vero hodie contra bonum malum reddidisti. & ideo omnia que habes & dignitatem tuam guidoni dabis & te hodie in patibulo suspendendum iudico. Quod audiens satrape imperii eis placuit iudicium: & guido imperium regebat: & vitam in pace finivit.

#### Castigatio.

**A**harissimi. Iste impator est deus qui omnia videt. Pauper iste est homo qui nihil ex se habet. Job. Audus egressus sum ex utero matris mee: nusquam reuertar illuc. Deus pauperem istum promouit quoniam eum dominum paradisi constituit. psalmus. Omnia subiecisti sub pedibus eius &c. Foueam in quam cecidit mundus est qui est plenus foueis. scilicet periculis quia totus mundus in maligno positus est. In isto mundo cecidit miser homo in multas foueis. Gen. ij. In sudore vultus tui &c. Leo in eadem foueam cecidit scilicet filius dei qui naturam humanam assumpsit & in miseria magna. xxiiij. annis vixit. ps. Cum ipso sum in tribulatione &c. Iste est leo de quo dicitur. Apocal. v. Vixit leo de tribu iuda &c. Deinde symea id est tua conscientia cecidit que ad modum symee lacerat ea que sibi displicent: quia semper contra peccatum marmurat. Item serpens cecidit in foueam scilicet prelati vel confessor qui cum peccatore debet descendere. id est condolere de eius peccatis. ij.

p ij

De punitione senescalli propter ingratitude

Deus omnia videt.

hō pec  
cās ite  
rū den  
crucifi  
git.

Corin. xj. Quis infirmatur et ego non infirmor. Item sicut  
guido cum corda extraxit senescallū: sic filius dei cum cor  
da passionis sue nos extraxit de fouea miserie et de pote  
state diaboli. Sed miser homo hoc non obstante ingratus  
inficitur deo quoties contra legē dei peccat. Guido erat  
verberatus sic homo quando mortaliter peccat quātū in  
eo est deum iterato crucifigit. leo deus dedit christo in quō  
tum hominī decem asinos oneratos. i. omnia pcepta sub  
eius potestate antiqua et noua dispensando cum homine.  
Et si illa perfecimus ad eternas diuitias perueniemus  
Guido ligna scindebat. i. conscientia tua simulat perpe  
trare per que corpus et animam in die iudicij operiri po  
teris propter que requiem eternam obtinebis: quia si con  
scientiam agas ad gebennam ignis deduceris. Serpens  
dedit ei lapidem triplici colore coloratum. Sic prelatus  
et confessor per informationem sacre scripture poterit la  
pidem. i. xpm obtinere. Ille lapis erat pulcher et albus.  
Sic xps speciosus forma pre filiis hominum. Itē niger  
erat per christi passionem. Rubicundus per sanguinis  
effusionem. Qui ergo istum lapidē portat ille habet abū  
dantiam sine defectu nec illi lapidem debet vendere a se  
ipso nisi det tantum precium quātum christus exigit scilicet  
per contritionem confessionem et satisfactionem. Sed  
ingrati in patibulo infernali erunt suspensi. Electi vero  
vitam eternam obtinebant. Quam nobis concedat qui  
sine fine etc.

De subtili mulierum deceptione et deceptorum  
excecatione. Cap. cxx.

De di  
uisione  
heredi  
tatis  
pari.

**D**arius regnauit prudens valde qui tres filios  
habuit quos multū dilexit. Cū vero mori debe  
ret totā hereditatē priogenito legauit. Scō  
filio dedit oīa quę in tpe suo acquisiuit. Tertio filio iuniorū  
tria iocalia preciosa dedit. scilicet annulū aureum: monile: pan  
nū preciosū. Annulus illā virtutē habuit quod quicquid in digi  
to gestabat gratiam oīum habuit intm quod quicquid ab eis pete



ret obtineret. Monile illā virtutē habuit q̄ quī eū in pe-  
 ctore portabat q̄cqd̄ cor suū desiderabat q̄b̄ possibile esset  
 obtineret. Pannus istam virtutē habuit q̄ quicūq; sup̄ eū  
 sederet & intra se cogitaret vbi cūq; esse vellet subito ibi  
 esset. Ista tria iocalia dedit filio suo minori vt ad studium  
 p̄geret & mater ea custodiret & tpe oportuno ei daret. Sta-  
 timq; rex sp̄m̄ emisit qui honorifice est sepultus. Duo pri-  
 mi filij sua eius legata occupabant. Tertius filius annulū  
 a matre recepit vt ad studium p̄geret. Cui mater dixit. fili  
 sciētiā acquire & caueas a muliere ne forte annulum per-  
 das. Jonatas annulū accepit & ad studiū accessit i sciētia  
 p̄fecit. Post hoc cito quadam die in platea ei quedā puel-  
 la occurrebat satis formosa captus eius amore eam secus  
 duxit & continuo annulo utebat gr̄am oīm habuit & quic-  
 qd̄ voluit ab eis habere obtinuit. Puella eius concubina  
 mirabatur q̄ laute vineret cū tñ pecuniam non haberet.  
 Rationem quadam vice cum letus esset quesivit dicens *de cau-  
 tēla et  
 dece-  
 prione  
 mulier*  
 q̄ creatura sub celo nō esset quā magis diligeret: ideo si-  
 bi dicere deberet. Ille de malicia non premeditans sibi  
 dixit virtutem annuli esse talem. &c. At illa cum singulis  
 diebus cum hominibus conuersari soles perdere posses.  
 Ideo custodiam tibi eum fideliter. qui tradidit ei annulū  
 quem cum re habere non posset fleuit amare: quia vnde  
 vineret non habuit. Qui statim ad reginam matrem suaz  
 est reuersus denunciāns ei annulum perditum. At illa. Si  
 lī mi tibi predixit a muliere tibi caueas. Ecce iam trado  
 tibi monile quod diligentius custodias: si perdidideris ho-  
 noze et commodo perpetuo priueris. Jonatas monile re-  
 cepit et ad idem studium est reuersus. Et ecce concubina  
 eius in porta ciuitatis occurrit ei et cum gaudio eum re-  
 cepit. Ille vt prius eam secum habuit. Monili in pecto-  
 ctore utebatur et quicquid cogitabat habebat. Et sicut  
 prius conuulsa multa habuit & laute vixit concubina mi-  
 rabatur. quia nec aurum nec argentum videbat. cogita-  
 bat q̄ aliū iocale apertatum esset quod sagaciter ab eo in-

daganit qui ei monile ostēdit ⁊ virtutem eius dixit. **Que**  
**ait:** semper monile tecum portas : vna hora tm̄ cogitare  
 posses q̄ per annum sufficeret tibi: ideo trade mibi ad cu  
 stodiendum. At ille, **Timeo** q̄ sicut annulū perdidisti. sic  
 perderes monile: ⁊ sic dānum maximūz incurrerem. **Que**  
**ait.** O dñe iam per anulum custodiendi scientiam acqui  
 siui: valde tibi fideliter p̄mitto q̄ sic custodiam monile q̄  
 nullus posset auferre a me. Ille credens dictis eius moni  
 le ei tradidit. Postq̄ omnia cōsumpta fuissent monile pe  
 tit: illa sicut prius iurauit q̄ furtive ablatum esset. Quod  
 audiens Jonatas flevit amare ⁊ ait. **Nōne** sensum perdi  
 di q̄ post anuluz perditum monile tibi tradidi: perrexit  
 ad matrem ⁊ totū p̄cessum ei renunciavit. Illa non modi  
 cum dolēs dixit. **O fili** charissime quare spem posuisti in  
 muliere iam altera vice deceptus es per eam et ab omni  
 bus vt stultus reputaris. ammodo sapientiā addiscas: qz  
 nihil habeo tibi nisi pannū preciosum quē pater tuus tibi  
 dedit ⁊ si illū perdidideris ad me amplius redire non va  
 leas. Ille pannū recepit. ⁊ ad studiū perrexit cōcubina et  
 vt prius eū gaudēter recepit. Qui expādens pānum dixit  
**Charissima** istum pānum dedit mibi pater meus ⁊ ambo  
 posuerunt se super pannum. Jonatas intra se cogitabat  
 vtinam essemus in tanta distantia vbi nullus hominū ve  
 nit ⁊ sic factum est. Fuerunt em̄ in fine mundi in vna fore  
 sta que multum distabat ab hominibus. Illa tristabatur  
 ⁊ Jonatas votum vouit deo celi q̄ dimitteret eam bestijs  
 ad deuorādum donec redderet ei annulum ⁊ monile. que  
 promisit facere si posset. Et ad petitionem concubine Jo  
 natas virtutem panni dixit. scilicet quicūqz super eo quie  
 sceret et cogitaret vbi esse vellet. ibi statim esset. Deinde  
 ipse se supra pannū posuit ⁊ caput eius in gremio suo col  
 locauit ⁊ dū dormire cepisset ipsa partem pāni supra quā  
 sedebat ad se traxit. At illa cogitabat vtinā essem in loco  
 vbi mane fui qđ factum est. ⁊ ionatas dormiēs in foresta  
 māsit. Cū autē de somno surrexisset ⁊ pānum ablatū a cō

Scdo  
 qualr  
 cōcubi  
 na dece  
 pit io  
 natā.

Qualr  
 cōcubi  
 na ter  
 tio de  
 cepit  
 ionatā

cubina vidisset fletit amarissime nec scivit ad quē locum  
 pergere deberet. Surrexit ⁊ signo crucis se muniens per  
 quandā viā ambulavit per quā ad aquā profundā venit  
 per quā transire oportebat que tā amara ⁊ feruida fuit q̄  
 carnes pedum vsq; ad nuda ossa separabat. Ille vero de  
 hoc cōtristatus vas de illa aqua impleuit: ⁊ secū portauit.  
 ⁊ vltorius veniēs cepit esurire vidēs quandā arbozem de  
 fructu eius comedit ⁊ statim factus est leprosus de fructu  
 illo etiam collegit ⁊ secū portauit. Tunc veniēs ad aliam  
 aquā trāsiuit que aqua carnes pedum restaurabat vas de  
 ea impleuit ⁊ secū portauit. ⁊ vltorius procedēs cepit esu  
 rire vidēs quandā arbozem de cuius fructu cepit ⁊ comedit  
 ⁊ sicut per primū fructū infectus erat sic per scōm fructum  
 a lepra est mūdatus. De illo fructu etiam attulit ⁊ secum  
 portauit. Dum vero vltorius ambularet vidit quoddam  
 castrum ⁊ duo hoies ei obuiabāt querētes quis esset. At  
 ille medicus peritus sūm. Qui dixerunt. Rex istius regni  
 manet in isto castro ⁊ est homo leprosus si cum a lepra cu  
 rare posses multas diuitias sibi daret. At ille. Etiaz. Qui  
 adducētes ipm ad regē dedit ei de scō fructu ⁊ curatus  
 est a lepra. ⁊ de secunda aqua ad bibendum que carnes ei  
 restaurabat. Rex ergo multa donaria ei cōtulit. Ionatas  
 igitur inuenit nanem de ciuitate sua ⁊ illuc transfretauit.  
 Rumor per totam ciuitatem exiuit q̄ magnus medicus  
 aduenisset: cōcubina sua que ei abstraxerat localia ad mor  
 tem infirmata est mittens pro medico isto. Ionatas igno  
 tus est ab omnibus: sed ipse eam cognoscens dicit q̄ me  
 dicina sua non valeret ⁊ nisi prius confiteretur oia pecca  
 ta sua ⁊ si aliquē defraudasset q̄ redderet. Ista vero alta  
 voce confitebatur quomodo ionatam decepisset de annu  
 lo monili ⁊ pāno: quomodo eum in loco deserto reliquis  
 set bestis ad deuorandū. Ille hoc audiēs dixit. Dic mihi  
 oia vbi sunt ista tria localia. At illa. In archa mea. ⁊ de  
 dit ei clauē arche ⁊ inuenit ea. Ionatas ei de fructu il  
 lius arboris qua lepram recepit ad comedendum dedit

De res  
 riētia q̄  
 est ma  
 gistra  
 reruz.

Quatr  
 fons  
 tas res

opera  
ut oia  
missa

et de aqua prima que carnem ab ossibus separavit ad bibendum ei tribuit. et cum gustasset et bibisset statim est arefacta et dolores interiores sentiens lachrymabiliter clamauit. Jonatas cum iocalibus ad matrem suam perrexit de cuius aduentu totus populus gauderat. Ille vero matri a principio vsq; ad finem narravit quomodo deus eum a multis malis et periculis liberavit et per aliquos annos vixit: vitam suam in pace finivit.

### Choralisatio.

**Q**uoniam. Ille rex est dñs noster iesus xps. Regina mater ecclesia. tres filij boves in mundum viventes. Per primum intelligo divites et mundi potentes quibus dat deus mundi voluptatem. Per secundum mundi sapientes qui per sapientiam mundana quicquid habent acquirunt. Per tertium filium bonum christianam ab eterno electum cui dedit deus tria iocalia. Scilicet anulum fidei: monile sue gratie vel spei. et pannum charitatis. Vnde quicumque anulum fidei portaverit gratiam dei et hominum et amorem bene poterit inter quos quicumque desiderat obtinebit: sicut scripsit apostolus. Si habueris fidem ut granum sinapis poteris dicere huic monti transferretur et transferretur. Si vero in pectore hoc est in corde monile spei habueris cogita quod volueris et quod iustum est obtinebis. Unde evangelista dicit. Petite et accipietis. querite et invenientis. Et ad cor. Saepe salvi facti sumus. Si vero pannum charitatis habueritis ubicumque esse volueritis obtinebitis. Apostolus ad Cor. ij. Charitas non que sua sunt querit: sed que iesu christi. Et. j. Job. iij. Deus charitas est. Sed ista tria iocalia sepius perdit homo in studio huius mundi per concubinam suam. scilicet carnem. scilicet per carnalem concupiscentiam: quia caro spiritui adversatur. Concubina traxit panem a ionata ipso dormiente: sic caro sepius charitatem ab homine trahit per peccatum mortale. et eum in peccatis dormientem dimittit hominem ab omni gratia et adiutorio dei quod dicitur in peccatis facit. Jonatas excitatus a somno fleuit amarissime. Sic tu postquam excitatus fueris a somno peccati et te inveni-

sine gratia & virtutibus merito fieri poteris. Quid ergo est  
 faciendum. Surge velociter per opera misericordie et sig-  
 gna te signaculo sancte crucis in pectore & inuenies viam  
 salutis. Perge quousque inueneris aquam per quam caro se-  
 paratur ab ossibus. Aqua illa est contritio que tam ama-  
 ra debet esse quod debet separare carnem. id est carnales delecta-  
 tiones ab ossibus. id est peccatis in quibus deum offendisti  
 et vas cordis tui de hac aqua debes implere. et quod diu in  
 hoc mortali corpore fueris contritionem in corde habeas.  
 deinde ulterius debes procedere & fructum arboris come-  
 dere. Ille fructus est penitentia per quam anima sustentatur  
 corpus denigratur sepius admodum leprosi. Illum fructum  
 debes colligere & tecum semper portare. Cum ulterius pro-  
 cessisset venit ad scdam aquam per quam caro erat restau-  
 rata. Aqua ista est confessio que restaurat virtutes perdis-  
 tas. Cum vero ulterius pergeret de fructu secunde arboris co-  
 medit & curatus est. Fructus ille est fructus penitentie scilicet  
 orationis: ieiunij & elemosyne. De istis fructibus  
 debes semper portare tecum vt si a casu aliquem regem le-  
 prosum inueneris ipsum cures. Rex iste dicitur homo per  
 peccatum infectus qui per fructum confessionis & aquam con-  
 strictionis curari poterit. Duo que sibi in via occurrerunt  
 & ad curandum te ducunt sunt timor dei & gebenne propter  
 que homo declinat a malo & facit bonum. Mares que Jo-  
 natan duxerunt ad patriam sunt diuina precepta que nos  
 ducunt ad gaudia eterna: sed oportet nos prius videre  
 concubinam. scilicet carnem spiritui contrariam & eam in le-  
 cto carnalis concupiscentie inuenies. Da ei de fructu peni-  
 tentie cum aqua contritionis per que duo intimescat hoc  
 est eleuetur per bonam deuotionem ad recipiendum ingu pe-  
 nitentie. & sic poteris spiritum deo reddere cum iocalibus. id est  
 bonis virtutibus ad patriam regni celestis peruenire. Ad  
 quam nos perducatur pater & filius & spiritus sanctus.

Contritio  
 peccati de-  
 bet esse  
 amara

De gloria mundi & luxuria que multos decipit et  
 ad interitum deducit.

Capitulum, cxxi.

**O**lim erat quidam rex qui habuit duos milites in una ciuitate. vnus erat senex alter iuuenis. Senex erat diues et pulchram puellam propter eius pulchritudinem in vxores duxit. Iuuenis miles erat pauper et quandam vetulam locupletam propter diuitias accepit quam miles non multum dilexit. Accidit semel quod miles iuuenis per castrum senis militis ambularet et vxor senis militis in quadam fenestra in solatio sedebat et dulciter cantabat. Iuuenis cum eam vidisset captus est amore eius et in animo cogitabat. Melior esset combinatio inter me et illam iuueniculam quam inter ipsam et virum suum qui est homo senex et impotens: et quod vxor mea esset vxor eius: et ab illo cepit eas diligere et cinodia dare. Vna etiam miro modo eum dilexit et quasi potuit ad eum accessit et omnibus viribus nitebatur si possibile esset in virum accipere post mortem viri sui. Erat autem fenestram castrum senis militis arbor ficus in qua omni nocte philomena residebat que dulciter cantabat: propter cuius cantum domina singulis noctibus surrexit et ad fenestram perrexit et per magnum spacium ibidem expectabat ut cantum philomene audiret. Cum hoc percepisset vir eiusque singulis noctibus surgeret ait ei. Charissima qua de causa singulis noctibus de lecto surgis? Que respondit quod super arborem ficus omni nocte resideret philomena que tam dulciter cantat quod oportet me surgere eam audire. Miles hoc audiens de mane surrexit: et cum arcu et sagitta ab arborem ficus perrexit. philomenam occidit et cor extraxit et vxori presentauit. Domina videns cor philomene amare fleuit dicens. O bona philomena fecisti quod debuisti ego sum causa mortis tue. statim nuntium ad iuuenem militem misit nunciando ei crudelitatem mariti eo quod philomenam interfecisset. Miles hoc audiens commota sunt omnia viscera eius et ait in corde suo. O si constaret isti crudeli actus esset amor inter me et suam vxorem peius me tractaret. Armavit se duplici armatura et castrum intrauit senem militem occidit. Post hoc cito moritur vxor sua et post hoc eum ma-

Lupicij  
riamul  
tos de  
cipit.

Mul  
ta com  
mittun  
tur ho  
mici  
dia pp  
luxu  
riam.

gno gaudio vxorem senis militis in matrimonium duxit  
et ambo longo tpe vixerunt et in pace vitam finierunt.

**Thozalisatio.**

**Q**uoniam. Per istos duos milites intelligere de  
bem<sup>9</sup> moyses pp betā et dñm nrm iesuz xpm. Xps  
erat senex q̄ ab eterno iuenculā desponsauit. scz  
legem nouam. Moyses erat iuuenis qz in tpe factus. qui  
legem antiquā desponsauit. Arbor in qua philomena can  
tauit est cruz in qua xps pepedit. Philomena est eius hu  
manitas que dulciter cantabat qñ patrem celestem p ge  
nere humano rogauit. Sed iudei non poterāt pati q̄ dñs  
surgeret de lecto id est q̄ tot surgerēt d̄ lecto peccati et xpm  
sequerent ideo eius humanitatem occiderūt: cor ei extra  
xit. i. amorem quē nobis ostendit. i. culibet xpiano ostens  
dit vt a peccato quiescat et deo fideliter seruiat. Moyses  
armauit se duplici armatura et leonem occidit et armauit  
se cerimonijs et circuncisione. et non tantum peccata ei sed  
oim fidelium a primo parente vsqz ad aduentū xpi ipm oc  
ciderunt sicut est scriptū. Ipse peccata nostra in corpore suo  
tulit. Quid sequitur postea. Ecce moyses. i. quilibet fide  
lis homo qui desiderat ianuaz celestis regni intrare oportet  
tetyt legem desponsat. Juxta illud. Marci. Qui credide  
rit et baptizatus fuerit saluus erit. etc.

**M**oy  
ses ar  
mauit  
se du  
plici ar  
matur  
ra.

**De adulteris mulieribus et execratione quorundā prela  
torum.**

**Capitulum. cxxij.**

**Q**uies quidam perrexit vt vineā suam vindemia  
ret. vxor autem eius putans ipsum diutius mo  
raturum amasium habuit pro quo misit vt cito  
veniret. qui venit et cameram intrauit. et cum ambo in stra  
tu essent venit miles. s. maritus ramo vinee in oculo percussus  
ostium percutit. et illa tremebunda aperuit: prius tñ  
amasium abscondit. Miles ergo intrans oculū voluit et  
lectū vt quiesceret parare iussit. Tunc vxor timens ne ama  
sium in camera latitantem videre posset. marito ait. Quid  
festinas ad lectū. dic mihi qd accidit. Illo vero referente

de cau  
telam  
licris  
ipud  
cerquō  
execat  
virum.

illa respōdit. Dimitte me inquit dicit sanam oculum et te medicinali confirmē ne illo forisā morbo alterum similiter amittas. qđ ille sustinens os suum illa quasi pro medicina supra mariti oculum sanum apposuit: et manu amissio innuens ille recessit: quo facto dixit vxor marito. modo secuta sum qđ nullam malū oculo sano eueniet. iam lectus ascende et quiesce.

### ¶ Moralizatio.

**Q**uārisimi. Ille miles est platus ecclesie qđ h3 sanctam ecclesiā custodire et oues sibi traditas regere. Vxor adulterata est anima que sepius p peccatum dyabolo adberet. Miles percutit oculo quoties platus munerib9 execat qđ scriptus est. Ecclesia. xx. Vana nera excecant oculos iudiciū. sic qđ necesse habeat cameras bonevite intrare et oēm auariciam et cupiditatē a se excutere per penitentiā: tunc audacter dy ostiū cordis sui percutere: tunc vxor. i. anima aperiet et gloriā dei recipiet. Sed heu. sepe per carnales affectiones et mūdi blanditias oculum sanum. s. cordis cum quo deberemus deum contemplari obfuscant per mūdi vanitates et carnis voluptates in tñ qđ periculū suspēsi et subditoꝝ nō poterit aduertere et per penitentiam emendare. Studeat ergo vnusquisqđ sic oculos mentis ad deum dirigere vt possit omne velamen peccati expellere.

¶ Quod iuuenule per parentes sunt a luxuriosis coercēde et voluntati pprie nō relinquende. Cap. cxxiij.

**M**iles quidam erat qui peregre pficiscens commisit vxorē em socruī sue seruandam. i. matri vxoris sue. Vxor aut post decessum mariti quendam iuuenem amauit qđ matri indicauit. Illo vero statim sibi fauens uxorem accersit quibus epulantibus miles adueniens ostiū pulsauit. statim vxor surgens amasium in lecto abscondit et post hoc ostiū marito aperuit. Qui cū intrauit precepit vt lectus pararetur. Lassus namqđ quiescere voluit. Vxor vero turbata quid faceret cogitauit. Qđ



videns mater ait. Non festines filia lectum parare donec  
mōstremus marito tuo lintbeū quod fecimus. Mater eri  
gens lintbeum q̄tum potuit pervnū cornu alterū filie ad  
subleuandū dedit ⁊ tādiu lintbeū extenderūt donec ama  
sus est egressus ⁊ sic maritus delusus est per extensionem  
lintbei. Quo facto ait mater filie sue. Nūc extēde lintbeū  
super lectum mariti tui qđ manibus tuis et meis contex  
tum est.

#### ¶ Moralizatio.

**Q**uāristissimi. Miles iste est qlibet homo qui post  
baptismum pergit tanq̄ peregrinus mūdo isto  
sic q̄dū hic sum⁹ pegrini sumus. ps. Ego pegrī  
nus sum ⁊ filius matris mee. Sed in illa peregrinatione  
vxoꝝ. i. caro sepe adulterat cū viris ⁊ cupiscēris. Mi  
les ad hostiū pulsat quotiens recordat qđ ⁊ q̄tum ⁊ deū  
deliquit ⁊ ideo tenetur pulsare. i. orare: ieiunare: ⁊ elemos  
ynam dare et alia bona opera facere ⁊ sic poterit camerā  
bonevite intrare ⁊ in p̄dictis dinitijs quiescere. Sed vxoꝝ  
idest caro sepe percipiens qđ homo penitentiaz pponit fa  
cere turbatur quia nō sustinet libenter ad agendū penitē  
tiā. statim mater. i. mundus hoc percipiens erigit lintbea  
men. i. mundi vanitatē in q̄bus nū homo delectat qđ peris  
culū pp̄tiam non advertit qđ est dolendum.

¶ Quod mulieribus non est credendum neq̄ archans  
committenda quoniam ip̄e iracunde non celant.

#### Capitulum. cxliij.

**Q**uidam miles generosus quendā regem a quo  
feudatus erat grauter offenderat: misit ad eū  
milites vt pro eo intercederent. Uix enim amī  
citiā sub hoc pacto obtinuerunt scilicet quod ad curiaz  
eius pedester et equester pariter veniret. id est semicquitās  
et semiambulans. qđ duceret secum amicum fidelissimū  
⁊ solatorem optimum: inimicū perfidissimū. Miles  
multū contristatus cogitare cepit quomodo hoc implere  
posset. Quadam vero nocte cū peregrinū quendā hospī  
tio recepissent dixit vxoꝝi sue. Scio qđ pegrini p̄tiam

de cas  
telaves  
tulay

ptam pecuniã secum portant volo ergo si tu suaseris eum  
 interficere ⁊ pecuniam eius obtinebimus. At illa bonum  
 est consilium. Lunctis ergo dormientibus circa diluculũ  
 surgit miles excitans peregrinum ⁊ abire iubet et vnum  
 de suis vitalis in frustra scidit ponens eum in sacco: dein  
 de vxorem suam excitat dans sibi saccum vt in angulo do  
 mus absconderet dicens. Tantum caput ⁊ crura cum bra  
 chijs in hoc sacco posui: corpus autem in nostro stabulo se  
 pelui. bis dictis aliquantulam pecuniam sibi ostēdebat  
 ac si illam peregrino mortuo abstulisset. Cum autem dies  
 adesset ⁊ domino suo se presentaret accipiens a dextris ca  
 nem ⁊ paruum filium in gremio ⁊ vxorem a sinistris ad ca  
 strũ perrexit. Cum castro domini sui appropinquaret dex  
 trum crus supra dorsum canis sui velut equitans posuit ꝑ  
 alterum gradiendo sicq; pedester ⁊ equester castrum domi  
 ni sui intravit. Quoviso rex cum astantibus mirabat. At  
 ei iudex. Ubi est amicus tuus fidelissimus. Qui statim eua  
 ginans gladium suum canem grauer vulnerauit: qui cū  
 clamore ⁊ dolore fugit. Deinde miles eum reuocat ⁊ ca  
 nis ad eum venit. Ecce fidelissimum amicum meum. Cui  
 rex. verum dicit. Ubi est ioculator tuus. Cui miles. Ecce  
 paruulus filius meus ante me ludit: magnum solatid mi  
 bi facit. ait rex. vbi est maximus inimicus tuus qui statim  
 dedit alapam vxori sue dicens: quare tu tam impudice re  
 spicis dominum meum regem. illa statim respondit. O ma  
 ledicte homicida quare me percutis: nonne in domo tua  
 propria lamentabile homicidium perpetrasti? pro modi  
 ca pecunia peregrinum occidisti? Iterum miles dedit ei ala  
 pam dicens. O maledicta cur filium tuum depingere nõ  
 formidas. que statim iracunda tota facta est. Venite osten  
 dā vobis saccum in quo occisi peregrini caput ⁊ brachia  
 posuit ⁊ stabulum in quo eius corpus sepeliuit. Cum ve  
 nissent vt experirentur ⁊ locum eius vxor ostenderet cito  
 effodientes visis carnibus vitulinis obstupuerunt. Astu  
 tiam militis cognoscentes dignis laudibus eum extule

An  
 hier ira  
 cūda ⁊  
 bis nõ  
 parit  
 ⁊ nihil  
 celat.

runt. qui postea domino suo regi specialis dilectionis vinctulo est annexus.

### Capitulum. lxxv.

**A**darissimi. Miles iste qui sui regis gratiā perdidit est peccator: q̄ ad obrinendā grām dñi sui p̄mittit intercessores deo. s. dilectos hoies quasi cōsanguineos ⁊ amicos. Ut aut̄ dño suo satisficiat pedester veniat ⁊ equester. Pedeſter. id est terrena ⁊ tēporalia quasi delectabilia cōculcando. Equester vero toto cordis desiderio celeſtia contēplando. S; canē quoq; a dextris pro amico fidelissimo secum ducat. i. angelam suam bonam vel p̄byterū qui animam suam h; custodire qui licet sepius gladio suoz criminum vulneret ⁊ offendat res currit tamen fideliter vt inimicos que sua secreta coram familia p̄ncipis ⁊ amicos tenebit. Jocolatores. i. puerū paruum in gremio est consciētia q̄ si bene regulatur multū delectat. Uxorem vero a sinistris pro inimico perfidissimo ducat. i. carnis mollidem vel demonū qui sua secreta coram cunctis angelis atq; sanctis imminēte mortis hora in perditionez sui detegit ⁊ reuelat. Tunc merito laudabitur miles sapiēs ⁊ discret⁹ qui predicans fallacias sic fefellit occulte vitium mactādo ⁊ in secreto domus in angulo suo terrando nec occulte homicidiū perpetrādo: id est corpus proprium in cubiculo flagellando: aut secreta pectora p̄sciētia lachrymis intensis imitando: nec tñ homicidiū p̄petrando modū debitū non excedēdo: sed ieiunijs ⁊ orationibus ⁊ alijs bonis operibus sapienter et in omnibus assistendo per que tandem domini sui gratiā quam perdidit rebabebit.

**C**onulieres non solum pandunt secreta s; ad hoc mētiuntur plura.

Capitulum. lxxv.

**E**rant duo fratres quorum vnus laicus alter clericus. Laicus sepe audierat a fratre suo q̄ mulieres secretum alicuius non poterant occultare. Cogitabat experiri hoc cum vxore sibi dilecta cui dī

fit vna nocte. Charissima secretum habeo tibi pandere si  
 certus essem quod nulli diceret: quod si contrarium faceres confusio  
 intolerabilis mihi esset. At illa. Domine noli timere vnum cor-  
 pus sumus: bonum tuum est meum et econuerso: etiam malum  
 similiter. Qui ait. Cum ad priuata accessissem ut opus na-  
 ture facerem corpus nigerrimum a parte posteriori euolabat  
 de quo sum contristatus. Que ait. Letus esse debes quod a ta-  
 ta passione es liberatus. **M**ane vero mulier surrexit: ad  
 domum proximi suauit et domum dixit. O domina charissi-  
 ma potero tibi pandere aliqua secreta. Que ait. Ita secu-  
 re sicut aie tue. Que dixit **A**dmirabilis casus accidit mari-  
 to cum nocte ista accessit ad priuata ut opus nature faceret  
 certe duo nigerrimi corpora a parte posteriori euolabant: de  
 quo multum doleo. Et illa ad aliam vicinam narravit de tribus.  
 Et tertia de quatuor. Et sic ultra quod ille diffamatus est quod  
 sex corpora de eo euolassent. Ille turbatus de rumore quocum-  
 que populum cui narrat rem gestam quomodo mulier evoluit experiri  
 si sciret secretum tenere. Post hoc moritur vxor eius et ille de-  
 nobis intrans. literas didiscit tres. Quarum prima est  
 nigra: secunda rubea: tertia candida.

**C**horalisatio.

**C**harissimi. Ille qui malitiam mulierum probauit  
 potest dici homo mandans qui conamine toto la-  
 borat ut bona mundana acquirat et cuius sepe cre-  
 dit sine offensione euadere cadit in mille ut qui cadit in  
 superbia cadit in multos alios defectus contra salutem anime  
 sue. Et hoc est corpus nigrum a parte posteriori exire. id est pec-  
 catum in effectum. et sic homo diffamatur et non tantum per  
 vxorem propriam sed per vicinas alias: scilicet per  
 quinque sensus. Fac ergo tu sicut ille: collige populum. id est omnia  
 preterita et presentia facta tua et purga te per viam confes-  
 sionis: et tunc poteris cenobium bone vite intrare et in tri-  
 bus literis studere per quod studium acquiris brauium eter-  
 num. Prima litera est nigra et est recordatio peccatorum  
 que tamen nigra et grando sarcina torquens et cruciat quos

Secre-  
 ta mu-  
 lieribus  
 non pa-  
 da.

fidie pectus tuum cum recordatione pene infernalis. Se-  
cunda litera est rubea ⁊ est recordatio rosei sanguinis tui  
creatoris que in cruce pro te misero peccatore de quinq;  
riualis suis suum misericorditer abundanter tribuit. Ter-  
tia litera est candida et est desiderium celestium gaudiorum  
et eorum qui sequuntur agnam dei in albis quocunq;  
ierit. Si ista tria in corde firmiter nobiscum habuerimus  
sine dubio regnum eternum obtinebimus.

Ad quod ⁊c.

**Q**uod mulieribus in nullo est credendum  
presertim de secretis. Exemplum iocale.

Capitulum. cxxvj.

**M**acrobius refert qd puer quidam romanus no-  
mine papirius semel cum patre senatum sapien-  
tium intravit ubi quoddam secretum consilium  
preceptum erat sub pena capitis custodiri. Cum puer esset  
reuerfus ad domum mater eius interrogavit puerum quid con-  
sules occultari sub pena capitis statuisent. At puer. non li-  
cet te scire quam precipitur occultari. Audies hoc mater pro-  
mcepit precibus: promissis: minis: ⁊ verberibus puerum  
ad reuelandum secretum inclinare. Tandem puer ut sa-  
tisfaceret matri ⁊ secretum teneret dixit. hoc est consilium  
verum sit melius qd vnus vir plures ducat mulieres vel  
vna mulier ducat plures viros in matrimonium: quo di-  
cto mater alijs feminis romanis secretum hoc proposuit  
Que altera die cum turba magna indeliberate venerunt  
ac senatores petentes potius vnam duobus qm duas fe-  
minas vni viro nubere. Senatores vero pauentes vere-  
cundi serus tam impudicam insaniam mirabantur quidnam  
sibi vellet tanta seminarum intemperies vt parue rei pro-  
digium ⁊ tam inuerecunda postulatio quid sonaret. Puer  
papirius hoc videns dixit senatoribus rem gestam. qui  
puerum commendantes statuerunt qd hic puer semper se-  
natui interesset in consilio.

Quod  
papi-  
rius sa-  
tisfecit  
caute  
petitio-  
ni mas-  
tris.

**U**xorialis factio.

9 5

**Q**uarrissimū. Iste puer est quilibet homo purus puritate vite qui cum patre. i. plato intrat filium sapientium. i. religionum in quo tractatur salus et sapientia anime que non omnibus exponenda est sicut decet omnibus secundum statum suum et penitentiam quam a proprio sacerdote recipi non debet alijs reuelare. et multa alia sunt que non debent recitari. **P**ater homo est mundus iste qui suadet homini religionem dimittere secreta pandere: hoc est in corde non retinere: sed potius veritatibus se subiacere: et si non poterit hominem sic seducere tunc per minas. i. tribulationes et paupertates ipsum intendit seducere. **F**ac ergo tu sicut puer papyrus mundum despicias per voluntariam paupertatem et ostendas ei quod due femine. id est diuersa vitia carnalis delectationis potius debent tradi sub custodia rationis quam quod ratio suppeditetur sub voluntate et delectatione momentanea. **S**ed sine dubio certum est in corpore potius vult eligere quam ratio suppeditetur sed nullo modo assentire debes: sed e converso potius et sic per consequens puer papyrus. i. homo purus poterit permanere inter sapientes et virtutes bonas habere. i. inter viros sanctos siue sanctas continue poterit verba salutis audire et vitam eternam obtinere. **Q**uam nobis etc.

**D**e iusticia et equitate disertissimi iudicis christi per occulta iudicia. Capitulum cxxviij.

**M**iles quidam tyrannus erat qui per multa tempora quedam famulum fidelem tenuit ac in omnibus prouidentiam. **Q**uadam vero die cum ad nudinas cum eodem seruo per nemus transiret accidit quod miles triginta marcas argenti in medio nemoris perderet famulo ignorante. **C**um pecunia non inueniret famulum interrogauit si pecuniam inuenisset. qui statim negauit et iurare cepit quod nihil sciret verum dixit. quia non inuenta statim pedem famuli amputauit: et eo relicto domi perrexit. **E**rat prope viam quidam beremita qui cum fletum et clamorem famuli audiret velociter ei occurrit. **A**udiuisset confessionem ipsius: et dum cognosceret eum innocentem ad hospitium suum in humeris suis portans misericorditer procurauit. **D**einde oratorium suum

Intrauit ⁊ domino improperauit q̄ nō esset iustus iudex  
 eo q̄ illū innocentē hoīem pedem suum perdere permi-  
 sisset. Cūq; diutius orasset ⁊ fleuisset ⁊ dño quasi pro fal-  
 so iudicio quodāmodo improperasset. venit ad euz ange-  
 lus dicens. Nunq̄d legisti in. psal. Deus iudex iustus for-  
 tis ⁊ patiens. At ille. Absolutiēs legi illō ⁊ credidi ex to-  
 to corde. sed hodie errani aut ille miser q̄ pedē suum per-  
 didit sub velamine cōfessionis decipit me. Rñdit angel⁹.  
 Moli loq̄ aduersus dñm iniquitatē q̄ oēs vie eius veritas  
 ⁊ iudicia ei⁹ eq̄tas. Cōmēda memorie q̄ sepi⁹ legisti. iu-  
 dicia dei abyssus multa. Scias itaq; hoīem illū pedē suū  
 p̄ culpa veteri pdidisse. Mā ante multa tpa cū eodē pede  
 matrē suā p̄cipitauit maluoole de quadā biga pro quo fa-  
 cto postea nunq̄ pdignā penitētiā egit. Miles ille dñs  
 suus volebat dextrariū emere ad p̄grēgandū maiores di-  
 uitias in detrimētū aīe sue: ⁊ ideo iusto iudicio dei perdi-  
 dit pecuniam. Quidā pauper fidelis cū vxore ⁊ parulis  
 suis quotidie dño supplicabat vt dignaretur sibi in necel-  
 sarijs prouidere qui pecuniā inuenit ⁊ confessorī suo ob-  
 tulit dispensandam. Quī circūquaq; sciscitando veraci-  
 ter illum inuenire non potuit cuius erat. Ergo eidē pau-  
 perī partem eiusdē pecunie tribuit p̄pter deum: residuaz  
 alijs pauperib⁹ erogauit. Done ergo custodiam ori tuo  
 ne dño aliquatenus improperes vt fecisti cum ipse sit iu-  
 dex verus fortis ⁊ patiens.

**C**apozalisatio.

**Q**uārisimī. Miles iste pōt dici quilibet bonno  
 platus q̄ d̄z indui armatura dei: vt possit stare  
 firmiter contra insidias diaboli. famul⁹ fidelis  
 est subditus in oīb⁹ plato suo obediēs. Prelatus ille h̄z  
 thesaurum. s. animas ad custodiendum quas sepe ex ne-  
 gligentia sua pdidit. Quid ergo est faciēduz. certe debet  
 diligētē q̄ diu est in vita inquirere salutē anime ⁊ si inue-  
 nire non poterit amputet pedēz dextrum subditi hoc est  
 d̄z talem rebellē castigare ⁊ euz ab ecclesia amputare do-

**J**udi-  
 cia dei  
 sunt di-  
 uersa.

**Q**uā-  
 diu su-  
 mus in  
 h̄z mun-  
 do de-  
 bem⁹ q̄  
 rere sa-  
 lutem.

nec cognoscat se deliquisse. Sed dic mihi quò. Ecce famulus  
 tuus postquam amisit pedem cepit clamare. sic peccator per confessionem  
 nunc clamavit dicit propheta. Clama ne cesses quasi tuba ex  
 alta vocem tuam etc. Ad cuius clamorem heremita. i. discretus  
 confessor huius est portare in humeris suis hoc est eum in for  
 mado predicando penitentiam dando et in domum ecclesie introducendo  
 pro opera misericordie: et huius pro eo intercedere ad dominum. non ei improprie  
 ratio sed deum intime deprecando ut tale perversum conseruet et  
 custodiat. quod aliqui cum pede. i. affectu de perversa matre sua.  
 ecclesiam precipitavit quod tunc in eo fuit quoniam divina precepta non  
 custodivit. Angelus quod heremitam informavit est conscientia pura  
 non ficta cuiuslibet prelati et confessoris: quod eos ligat et ducit ut  
 ad clamorem peccatoris cito ei occurrat et in domum dei cito in  
 troducat. Pauper quod pecuniam inuenit est christus quod aiam sepe  
 custodit ne labat in infernum: donec peccatorum pro penitentiam resur  
 gat: et sic aiam mundam a christo recipiat: quod sine eo nullum bonum  
 possumus facere. Done ergo tu peccator custodiam oratione tuo:  
 ne aliquid contra deum dicere presumas. Deus enim est in  
 stitutus iudex: fortis et patiens. ideo non dicas quare fecit me et  
 post hoc dimisit me cadere. Vel alio modo potest redu  
 ci. Iste vero miles potest dici primus parens Adam: cui  
 deus dedit infinita bona: quod eum constituit dominum omnium crea  
 turarum. psal. Dia subiecisti sub pedibus eius etc. famulus  
 tuus fidelis est ratio: quod in eo dominatur quod diu in puritate vite  
 remanserit thesaurum paradisi quem deus ei commisit pro se et here  
 ditibus habet. Sed adam volens plura acquirere quoniam appetebat  
 ut alter deus esset: statim thesaurum paradisi perdidit: et  
 tunc pedem dextrum famuli amputavit: quod seductus. s. per  
 eum per sensualitatem non per rationem preceptum divinum vilipen  
 dit: sed oleum misericordie clamando petiit in valle huius mundi quoniam  
 in sudore suo panem acquisit. Cuius miseriam videns dei  
 filius de celo descendit et eum pro proprio sanguine redemit:  
 et in domum dei duxit quoniam infernum spoliavit. Ipse peccata  
 nostra in corpore suo portavit quoniam pro nobis miseris peccatoribus  
 mortuus est. Pauper qui inuenit thesaurum est christus qui pe

Dicen  
 da pri  
 us sunt  
 consideranda.



radium obtinuit non p se s; p oibus qui eū diligūt. be-  
nēta deū deprecatus est: sic xps in passione per carnē ince-  
pit timere qñ dixit. Si possibile est transeat a me calix iste  
& rogauit p genere humano. Studeamus igit ꝛc.

**B**e hominib⁹ iniuste aliena bona occupātib⁹ gravis  
erit in extremis disceptatio. **Lapi. cxxviii.**

**M**aximianus regnauit: in cui⁹ imperio erāt duo  
militēs: quoz vn⁹ erat iustus & timēs deū: alter  
vero cupidus & diues qui magis studuit place-  
re mundo q̄ deo. Miles iustus quandam terram annexā  
terre cupidi habebat: quā cupidus toto conamine deside-  
rabat habere. sepius ad militem iustum perrexit. aurum  
& argentū obtulit q̄tum volebat si terram illam ei vende-  
ret. ille vero semp̄ renuit sic q̄ tristis recessit. Sed cogita-  
bat quō eū deciperet. Acciditq̄ iustus moreretur. q̄ audi-  
ens cupidus cartā noīe defuncti scribi fecerat quō defun-  
ctus in vita sua pro quadam summa pecunie ei terraz quā  
desiderabat vendidit. Quo facto tres hoīes precio cōdu-  
xit vt ei perhiberent testimonium. Cum quibus ad defun-  
ctum accessit & sigillum eius inuenit in camera vbi defun-  
ctus iacuit omnes expulit exceptis suis testibus. Deinde  
coram testibus sigillam in manu defuncti posuit & pollicē  
super sigillum: ita quod cum pollice mortui cartam suam  
signauit: dicens. Ecce estis testes huius rei. Qui dixerunt  
sumus. & sic miles ille terram illam vt suaz occupauit. Cui  
filius defuncti dixit. Quare terram meam occupas? qui  
respondit. pater tuus mihi eam vendidit. Cui fille. Quare  
ad patrem meum venisti: et pecuniam obtulisti pro terra?  
sed pater meus nunq̄ voluit eam vendere. Tulerunt pa-  
triter ad iudicem. Miles cupidus de emptione cartam si-  
gillatam sigillo defuncti ostendit: et testes adduxit qui  
huic testimonium perhibuerunt. Cui filius defuncti di-  
xit. Scio quod hoc est sigillum patris mei: sed scio quod  
nunq̄ tibi vendidit. Quomodo sigillum habuisti igno-  
re: quare ibi testimonium de hoc perhibeas. Iudex vero

istos tres ab inuicē separari fecit ⁊ militē similiter: ⁊ senior  
 rem fecit adduci querēs ab eo si ofonem dñicam sciret ⁊  
 fecit eum corā eo a principio vsq; ad finē dicere quī eā bñ  
 sciuit. Et illū fecit poni in locū seorsum. Deinde iussit scōm  
 adduci ⁊ ait ei. Charissime an te soci⁹ tu⁹ erat hic q; mibi  
 dixit ita verū sicut pater noster ideo nisi tu dicas mibi ve  
 ritatem quā a te querero in patibulo te suspēdi faciā. Ille  
 cogitauit socius me⁹ totū narrauit quomō miles pollicē  
 defuncti accepit ⁊ eius sigillū ⁊ cartā suā sigillauit nisi ve  
 ritatē dixerō ero filius mortis. Qui oīa per ordinē narra  
 uit. Cum hoc audisset iudex fecit eū seorsum poni ⁊ tertiu  
 adduci. Qui ait. Charissime. socius vester primus dixit  
 mibi ita verum sicut pater noster ⁊ scōs etiā. Ideo nisi tu  
 mibi veritatē dixeris morte turpissima morieris. Ille cog  
 itauit. Socij mei oīa secreta militi narrauerūt. ideo bo  
 num est vt veritatem dicam. Qui de verbo ad verbū iudi  
 ci narrauit quomō hoc factū fuit. Quē iudex seorsum po  
 ni fecit. Et vocauit militē quē toruo vultu respexit dicens.  
 O maledicte cupiditas tua excecavit te. Dic mibi quom  
 modo miles defunctus terrā quam occupas tibi vēdidit.  
 Ille vero ignorās confessionē testiuꝝ allegauit q; iuste oc  
 cuparet. Cui rex. Maledicte testes perhibēt testimoniū  
 cōtra te quomō post mortē eius pollicē accepisti ⁊ sigillū  
 eius ad cartā suā sigillasti. Quod audiēs miles ad terram  
 cecidit ⁊ misericordiā petiuit. Ait ei rex. Misericordiam  
 quam meruisti obtinebis ⁊ fecit testes trahi per caudas  
 equorum vsq; ad patibulum ⁊ sibi suspēdi. similiter ⁊ mi  
 litem. Satrape regni iudicium ⁊ sapientiam regis lauda  
 bant q; tam sapienter veritateꝝ inuestigasset ⁊ omnia que  
 miles habebat dedit filio defuncti militis qui gratias re  
 gi egit ⁊ hereditatem sibi restituit.

#### Parabolisatio.

**A**charissimi. Per duos milites intelliguntur dia  
 bolus ⁊ primus parēs. Filius eius erat totum  
 genus humanū ab eo ppagatum, ut reditas est

paradisus quā deus sibi dedit. hec vidēs miles cupidus  
 id est diabolus accessit ad eum suggerēdo et temptado ut  
 paradysum per peccatum amitteret. Ille vero q̄ diu remā  
 sit in vita sc̄z in puritate vite hereditatē. s. paradysus occu  
 pavit. sed mortuo eo per peccatū q̄d cōmisit contra divi  
 num preceptū perdidit et totum genus humanū post euz.  
 Sed primo est querendū quomodo perdidit. Dico carta  
 erat scripta q̄n̄ Eva cōsensum prebuit vt de ligno vite cō  
 tra divinum preceptum comederet. Etat eim̄ sigillata q̄n̄  
 adā qui erat caput rōnis et cui dabat specialiter preceptū  
 comedit et vxori magis adhesit q̄ deo. Sigillus vt scitis  
 imprimi suā impressiōem in cera sic deus impressit suaz  
 ymaginem in adam et eum mundi dñm constituit. Unde  
 ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius oves et boves. et.  
 Illam impressiōem. i. ymaginem dedit diabolo quādo  
 ei obedivit et hoc cū pollice post q̄ defunctus erat. Pollex  
 enim claudit totam manū pollice amisso manus vires  
 amittit. Per pollicē debemus intelligere rationē quam  
 deus homini dedit vt bonū eligat et malū respnat vñ q̄  
 diu homo rōne vtis et ratio in eo dñatur tandiq̄ poterit  
 bene seipsum et alios regere. Sed qui caret ratione caret  
 virtute et fortitudine spiritali. Adā vero primus parens  
 habebat scientiā a deo infusam vltra oēs creaturas ita q̄  
 omnes creature ante peccatum ei obediebant hoc nō ob  
 stante scienter cum pollice rationis adhesit diabolo cum  
 diabolus ei dixerat nō mortemini: sed si comederitis eris  
 tis sicut dñi scietes bonum et malum. Diabolus cum vidis  
 set eum sic seductū et hereditate celesti priuatam. volebat  
 filium. s. totū genus humanum excludere. Sed homo si  
 cactus fuerit debet ad regem celestē accedere vt patriar  
 che et prophete fecerunt. qui clamauerunt ad deuz pro re  
 medio. O dñe deus emanuel rex et legiser noster. expecta  
 tio gentium et saluator earum veni ad salvandam nos do  
 mine deus noster. Sed diabolus produxit secum tres tes  
 tes. sc̄z superbiam vite: concupiscentiam carnis: et concu

pſcentiam oculorū: cōtra quos oportet procedere prudē  
 ter. Prīmū testē debemus examinare si ſciat pater noſter  
 ec. sine orationē dñicā hoc eſt ſi aliquid fecerat propter  
 quod peccatū ſuperbie cōtra eum testimoniū perhibeat:  
 humiliter ſe in omnibus: verbo ⁊ opere. ita vere ſicut eſt  
 oratio dñica ⁊ regem celeſtē placebit exēplo xp̄i qui erat  
 patri obediēs vsq; ad mortē. Si vero homo timeat ſcōm  
 testem. ſ. concupiſcentiā oculorū. ſ. mundū in quo tm̄ dele  
 ctatur pure cōfiteatur vt fecit ſcōs ⁊ periculū poterit eua  
 dere. Si vero homo timeat tertium testem. ſ. concupiſcen  
 tiām carnis deo ſatiffaciat per carnis macerationē. i. per  
 veram ſatiffactionē vt fecit tertius testis qui oīs recogno  
 nit. Cū ipſe cū duobus socijs ſuis in patibulo ſuſpēditur.  
 De quo legitur. Job. Suspendiū elegit aīa mea. i. ſuſpen  
 diū penitentię. Et ſi ſic fecerimus vitam eternam obcio  
 nebimus. Ad quam nos. ⁊c.

De amicitie vere probatione.

Capitulum. cxxxix.

**R**ex quidam habuit tm̄ vnſcum filiū quem mul  
 tum dilexit. Cuius filius a patre licentiā acce  
 pit vt mundū viſtaret ⁊ amicos ſibi acquireret  
 qui per ſeptē annos vagabatur in mūdo ⁊ poſt hec ad pa  
 trem redyt. Pater gaudēter eum recepit ⁊ ab eo queſiuit  
 quot amicos acquiſiuiſſet. Ait filius. Tres. Prīmū amicū  
 pluſq; meipm̄ diligo. Scdm̄ tm̄ ſicut meipm̄. Et tertiuū pa  
 trem aut nibil. Cui pater. Bonū eſt eos pbare et tēptare  
 anteq; indigeas decis. Porcū occide ⁊ in ſacco pone ⁊ in  
 domū amici quez plus diligit q; te perge nocte ⁊ dic q; a  
 caſu hominē occidiſti ⁊ ſi inuentū fuerit corpus ego mor  
 te turpiſſima ero condēnatus. Rogo modo ſicut te ſemp  
 plus q; meipm̄ dilexi: ſuccurre mihi in hac maxīma neces  
 ſitate. quod factū eſt. Ait ille reſpondit ſicut eū occidiſti ne  
 ceſſe eſt vt penitētię ſubiaceas. ſi corpus eſſet inuentū for  
 te in patibulo eris ſuſpēſus. Verūtamen qz amicus meus  
 fuiſti. ideo tecū pergā ad patibulū: ⁊ poſtq; mortuus fue  
 rit tres vel quatuor ylnas pāni tibi dabo ad corpus tuū.

Qui  
 plus di  
 ligat  
 aliū q; ſeipm̄  
 ille ſtul  
 tus dicitur.

inuoluendū. Ille hoc audies ad scōm amicū accessit ⁊ illū  
vt primū pbanit. Ille sicut primus renuit dicens. Credis  
me fatuū q̄ in tali periculo me ponere vellem. Verūtm̄ qz  
amicus me⁹ fuisti ideo ad patibulū tecū pergā et in via te  
cōsolabor q̄tū potero. Ille ad tertiuū amicū accessit ⁊ eū p  
banit dicens. Verecūdoz tibi loqui qz nūq̄ p te aliqd feci  
⁊ a casu boiem interfeci ⁊c. At ille. Libenter hoc faciam ⁊  
mibi culpā imponā ⁊ patibulū si necesse fuerit p te ascen  
dam. hunc expertū est meliorem amicū suū fuisse.

In ne  
cessita  
te pba  
turam  
cus.

Capitulum xxxv. *Rex*

**Q**uāritissimi. Rex iste est deus omnipotens: filius  
vnicus est qlibet hō xpianus. q̄ p duodecim an  
nos. i. toto tpe vite sue habet in mūdo cōuerſa  
ri. ⁊ tres amicos querere. Primus est mūdus quem plus  
diligit q̄ seipm: pbat hoc ppter mūdū hō se ponit in pe  
riculo mortis mō in mari mō in terra vitā sepe amittēdo  
vt tpalia bona possit habere. ergo plus diligit mūdū q̄  
seipm. Et si euz tpe necessitatis pbaneris sine dubio tibi  
deficiet: immo de oibus bonis suis si tibi dederit duas  
vlnas vel tres de pāno ad inuoluendū corpus tuū multū  
est. Scōs amicus quē tm̄ diligis sicut teipm est vxor tua ⁊  
bene filij tui ⁊ filie ad sepulchrū in morte tecuz plorando  
pergūt. Et cum vxor ad domū redierit infra paucos dies  
dolor recedit ⁊ alium incipit amare. Tertius amicus pro  
quo paruz fecisti est iesus xps: quia pauca bona pro eius  
amore sumus operati: immo multa mala qui tēpore mor  
tis amicus est si contricti ⁊ confessi fuerimus: immo p'no  
bis mortem in cruce sustinuit.

*Iob hie  
erat a  
zamis  
struig. fil  
s vray*

Quō vir sapiēs plus valet viro forti. *Caplm. cxxx.*

**A**rat quidam rex qui pauperem quēdam ad ma  
gnas diuitias promouit: eiqz vnum castrum ad  
custodiendū cōmisit. Ille sic sublimatus super  
bus factus est valde cū inimicis regis consiliū habuit ⁊ p  
dītoz fact⁹ est castrū ipis aperuit. Rex vero de hoc multū  
contristatus cōsiliū habuit quomodo castrū retraheret

*Quis  
licet  
cito ob  
linioni  
tradit  
maris  
ros de  
factos*

per for  
titudi  
nem sa  
piētias  
et dile  
ctionē  
vincun  
tur int  
mici.

Dicitur est ei quod non posset castrum retrahere nisi tria ha  
beret. i. fortitudinē: sapientiā: et dilectionē: vna cum diuitijs  
Cū in regno suo fuerunt tres milites: quorū vnus ceteris  
fortior: scōs sapientior: tertius regē multū dilexit. Isti mi  
lites sunt missi cum exercitibus vti castrū inuaderent. Pri  
mus miles fortis cū exercitu grandi precessit per quandā  
forestam in qua erāt inimici regis et incepit eos viriliter  
pugnare sed subito quedam sagitta exiit de balista et eum  
in inguine percussit et mortuus est. Miles post eum fore  
stam intravit: et incepit allegare iura: sic volens eos allice  
re ad restitutionē castri. Interim venit sagitta que percussit  
eum inter pulmonē et stomachū et mortuus est. Tercius  
miles videns forestam intravit et incepit dulcia verba pro  
ferre et orzate loqui: Intrauit quod illum libenter audiebant et  
trāsire permittebant. Veruntamen tū cum illis fecit quod in  
troitum habuit in castrum. Et sic inter eos conuersabatur  
quod omnes existentes in castro sunt cum eo confederati. Et  
sic castrum pro lege acquisiuit et suum vexillum in summi  
tate ordinauit. Cumque rex hoc audisset quod tam prudenter  
castrum acquisiisset: illum ad magnas diuitias promouit.

#### Exhortatio.

**A**rtissimi. Iste rex est dñs noster iesus xps qui  
illū pauperem. s. Adam primum parentē ad ma  
gnas diuitias promouit quā eum senescallū para  
disi constituit. sed ille per peccatū perdidit. Unde in toto  
regno mundi pauci erant inuenti qui castrum perditum.  
id est paradysum poterant obtinere. Vocati sunt tres mili  
tes per quos intelligo tria genera hoīm. Per primū mun  
di potentes qui credūt per potentia et fortitudinē munda  
nā paradysum acquirere. Et hī sint ad hoc apti venit tamē  
subito sagitta superbie et ipsos spiritualiter iterficat. Per  
secundum militem mundi sapientes intelligere debemus  
qui incipiunt iura allegare: vt sunt iudices ecclesiastici ad  
uocati et iudices temporales qui credunt per sapientiam  
suam paradysum acquirere. Et dum incipiunt bene viuere

venit sagitta anaricie. i. bursa plena pecunie & sic percudit eos & spualiter interficiunt. Per tertium militem qui dulciter sine tumultu loquebat xpianum simpliciter totaliter in deo cor habentem poterimus intelligere qd non pfidit in ppa humana: nec in eius sapientia: sed solummodo in verbo. iuxta illud. ps. Beatus homo qui sperat in dno. Certe talis castrum paradisi poterat acquirere. Quod nobis. &c. **De divitibus qbus datur & pauperibus qbus id qd habent abstrahit quo deus eos eternaliter remunerat ppter celestem patriam.** Capi. cxxxj.

**R**ex qdam fecit pclamari qd oēs indifferenter ad eum venirent & quicquid ab eo peterent obtinerent. Nobiles & divites aliqui ducatu. aliqui comitatu: aliqui militia: aliqui aurum & argentum petierunt et obtinuerunt. Deinde pauperes & simplices venerunt ad regem cum petentes. Quibus ait rex. Tarde venistis: ante vos nobiles & principes venerunt & omnia que habui eis dedi qd tristes de ratione fuerunt. Rex pro pietate mortuus ait. Charissimi tamen eis temporalia dedi: sed dominium retinui: quia hoc nullus petiit: ergo ego do vobis hoc ut scitis domini eorum & iudices divites hoc audientes tristati sunt & venerunt ad regem dicentes. Domine psumus quod pauperes & servos nostros pstituisti iudices & dominos nostros, melius est nos mori quam sic servituti subiciamur. Ait rex. Charissimi non facio vobis iniuriam quicquid a me petuistis vobis dedi intus quod nihil mihi retinui nisi dominium quod dedi eis. Sed do vobis consilium quilibet vestrum satis habet ad vivendum det ergo quilibet vestrum partem de divitijs pauperibus per quas poterunt bene vivere & ego dominium ab eis recipiam & apud me manebit & sic eritis liberati a servitute magna: quod & factum est.

**Caporalisatio.**

**Q**uarissimi. Rex iste est deus dives super omnia. Presco pclamans est pductor qui dicit petite & accipietis querite & invenientis. Divites & mundi potentens cum illum clamorem audierunt statim cum omni labore

Habēt  
tu septi  
datur.

Exem  
plum  
qualr  
elemos  
sina est  
fienda

re castra ciuitates aurum ⁊ argentum petierunt obtinuerunt.  
 Sed xps tm̄ de mūdānis dedit eis q̄ nihil retinuit. mat.  
 viij. Culpes foueas hñt volucres celi nidos. filius aut̄ bo  
 minis non h̄ vbi caput suū redinet. Deinde pauperes ve  
 nerunt ⁊ nihil habuit eis dare nisi dñum ⁊ sic eos consti  
 tuit dños ⁊ indices diuini. Juxta illud. Math. Vos qui  
 reliquistis oīa ⁊ secuti estis me sedebitis super sedes duo  
 decim indicātes duodecim tribus israel. Et illud Math.  
 v. Beati pauperes spū qm̄ ipsorum ⁊c. Venites hoc vidē  
 tes debēt multū dolere q̄ pauperes qui serui eorū fuerunt  
 in hoc mūdo debēt esse indices ⁊ dñi eorū in celo. Si ergo  
 desideratis cum eis regnare faciatis sicut fecerūt illi: quilibet  
 det elemosynam q̄ntam pōt pauperib⁹ vt possunt vine  
 re. ⁊ sine dubiō cū eis poteritis in eternum regnare.

**De inuidia qui bonos per malam vitam inficiant.**

**Capitulum lxxij.**

Inui  
 dia in  
 ter pa  
 ressem  
 p pullu  
 lat.

**Q**uintas quedā erat in qua quatuor pbifici fuerūt  
 in medicina periti. Junior alios tres in scientia  
 excellebat intrū q̄ oēs infirmos ad eū venientes  
 sanauit. Quod aliq̄ inuidentes moti sunt ⁊ eū ⁊ inter se di  
 xerunt. Quō poterimus istū extinguere: ecce totus mūdus  
 ad eum cucurrit: enihil poterimus ppter eum lucrari. At  
 vnus de tribus. Ad tres leucas omni hebdomada visitat  
 dncem: ⁊ die crastina ad eum accedet ego stabo extra ciui  
 tatem ad vnam leucam: tu vero ad scdam. ⁊ alius ad tertiā  
 Cum vero in fine prime leuce venerit ei obuiabo ⁊ signo  
 crucis me signabo ⁊ quilibet vestrum sic filr faciet. Ille ve  
 ro causam crucis queret: dicemus. Leprosus factus es ⁊ ex  
 timore lepram incurret q̄ dicit ypocras. Homo timens  
 lepram ex timore eam incurrit. Et cum leprosus fuerit nul  
 lus ad eum accedet: qd ⁊ factum est.

**Exhortatio.**

**Q**uārisimi. Per istos tres medicos qui quartus  
 interficiebāt debemus intelligere tria vitia que  
 in isto mundo regnāt, s. superbia vite, ⁊ cupiscē



ita carnis: & percipiscencia oculorum vel signat dyabolū mū  
dum & carnē. Isti sunt medici reproborum qui faciūt corpus  
in delictis vivere: aiam in inferno regnare. Medicus sub  
tilis est quilibet bonus christianus sicut sunt plati & cōfesso  
res qui hñt nos spūaliter curare: virtutes inferere: & vitia  
extirpare. Sed beu pchdolor sepe per illa tria vitia medi  
cus spūalis est infectus intrinsecus non est dignus gradū in ec  
clesia tenere: sed extra vt sunt symoniaci & alij qui sunt de  
uersi vitijs irretiti. Rñi. Si voluerimus ab istis vitijs ca  
nere extra viam ambulemus per opam misericorditer sic po  
terimus ad regnū peruenire. Qd nobis concedat.

**De spirituali amicitia. Capi. cxxxiij.**

**A**rat quidā rex qui duos leporarios habuit qua  
si continue adinuicem: erāt ligati & quōdiu inuicem  
ligabant mutuo se dilexerunt. Sed ipsis solutis quis  
libet alius voluit deuorare. Rex vero hoc videns multum  
dolebat quia quā ludere cū eis volebat & venari ipsis solutis  
pugnabant & ludo non intendebat. rex consilium querebat  
sup hoc. Cui dictus est quōd lupus fortis & crudelis adduc  
deret & vnus de canibus quod eum pugnare permitteret: &  
quā hīc canis fere fuerit deuictus: alium canem quod eum ad  
mitteret cū primus canis videret se auxiliatum: semp post  
post hoc adinuicem mutuo se diligerent quod & factum est  
& lupo quasi deuicente canem primum & primo cane de  
ficiente alius eum defendit & lupum occidit. Ab illo tpe tā  
ligati quod soluti canes mutuo se dilexerūt.

**De oratione.**

**A**rarissimi. iste rex est dominus noster iesus chris  
tus. Duo canes adinuicem ligati sunt corpus &  
anima in baptismo ligati: quōdiu vero sic stant li  
gati mutuo se diligunt: sed si soluantur per peccatum mor  
tale. statim vnus quod alium est: vt dicit apostolus. Caro pec  
cat aduersus spiritum & ecōuerso. Quid ergo est facien  
dum. Certe vt caro subijciat penitentie contra lupū id est  
dyabolū se opponat, & tunc anima confortabitur, & cum

Tres  
inimi  
ei cuius  
libz bo  
ni chri  
stiani.

Locus  
piscen  
tia car  
nis spi  
ritu in  
derat.

carne pugnabit viriliter. & post hoc erit amor in omni prosperitate & aduersitate: & pariter ambo diligentur ad nos propter cuius dilectionem vitam eternam obtinebunt.

De innocente morte xpi.

Cap. cxxxiij.

**D**icit Seneca quod lex aliqui erat quod quilibet miles in armis suis sepeliri deberet. Et qui super hoc defunctum armis spoliaret morte moreretur. Accidit casus quod quedam ciuitas obfessa erat a quodam rege tyrianno qui in circuitu ciuitatis insidias ponebat et populum quasi sine numero occidit intantum quod erat in periculo: ciues perpendi et multum timebant: quia resistere non poterant. Dum autem sic in periculo starent quidam miles fortis nobilis et strenuus intravit ciuitatem et ciuibus multum compatiabatur. Cuius vero accesserunt ad eum dicentes. Domine adiuua nos. At ille. Charissimi isto periculo liberari non poteritis nisi per manum validam. Ego vero ut videtis in armis non sum ideo non potui pugnare. Unus de ciuibus dixit. Domine infra paucos dies in hoc sepulchro quidam miles sepultus est in optimis armis: arma eius accipe et ciuitatem nostram de inimicis libera. Miles armis a mortuo receptis inimicis certamen dedit et victoriam obtinuit: et sic ciuitatem liberauit: et arma recepta reposuit. Emuli inuidia moti quod tam gloriosum bellum fecit eum apud iudicem accusauerunt quod legem egisset: eo quod defunctum armis spoliasset. Qui respondit. Domine de duobus malis minus malum est eligendum et quia ciuitatem tuam non potuissim ab inimicis nisi habuissim arma ideo ea accepi et reposui. Item fur vel predo spoliat ea intentione ut non restituat. Sed ego propter bonum commune arma accepi et restitui: ideo potius debere premiari quam accusari. Item in ciuitate aliqua si domus accenditur. nonne melius est ut domus illa sine dilatione totaliter destruaturs antequam ceterae domus incendantur et ciuitas tota destruaturs. Sic in proposito. Melius est quod omnes conseruari accipiendo arma quam non

homo sine armis non est apud hostes debet lare.

accipiendo non defendissem. Si enim ea non accepissem omnes essetis interempti. Emuli vero dixerunt. Reus est mortis. Iudex vero ad petitionem eorum cōtra eū lentētia dedit ut occideretur & factum est. De cuius morte factus est platus magnus in ciuitate.

De iudicio iudicato.

### Caporalisatio.

**Q**uāntissimi. Ciuitas ista obsessa erat mūdus iste a diabolo obsessus magno tpe. Et quotquot tūc in mūdo erāt fuerūt ī periculo qz oēs ad infernū descenderūt. Mūdus iste erat circūallat⁹ vitijs & cōcupiscētjs. Miles fortis qui arma nō habuit est dñs noster iesus xps. Unī ps. Dñs fortis & potens ꝛc. Qui vīdēs mundū in periculo & totū gen⁹ humanū in pditione: perrexit ad sepulchrū. i. vterū beate virginis: & ibi inuenit arma p̄imi parētis. i. humanitatē assumpsit & cōtra diabolu pugnauit. victoriā obtinuit & nos a morte liberauit. Emuli sunt iudei hoc vidētes illū apud pylatū accusabāt dicentes. Ne forte veniāt romani & tollant nostrū locum & gētē ꝛc. Miles dicebat. Melius est vt vna domus destruat̄ q̄ tota ciuitas. Ecōtra cayphas dicebat. Expediit vt vnus moriat̄ & non tota gens. Ideo pylat⁹ eum mortū tradidit. De cuius morte petre scisse sunt & tenebre facte sunt sup vniuersam terram: s; facta victoria iterato in sepulchro hec arma reposuit. i. corpus suum gloriosum in terra quicuit. Studeamus ergo eius mortem plāgere in mente: in corde retinere & ad memoriā rēducere qz viri liter pro nobis pugnauit & nos a faucibus diaboli liberauit. Unde propter hoc tenemur eū sup omnia diligere & pro eius amore patrē & matrem dimittere. Quis vnq̄ audiuit qd hō habens vnicū filium & heredē qui eū mortū permittere vellet sicut pater celestis fecerat de vnicō filio suo dño nostro iesu xpo: & tñ mortū est. Sic & nos debemus voluntarie carnis delectatiōes & omne quod deo displicet per penitentiam mortificare: & sic vitam eternam poterimus obtinere.

Pylat⁹ dñm mortū tradidit.

De conscientia nra dū angustiat ad deū p̄ cōfessio-  
nē ⁊ opa meritoria recurrām. Lapi. cxxxv.

**R**efert augustin⁹ i lib. de ciuitate dei q̄ lucretia  
erat mulier romana nobilissima q̄ erat vxor ca-  
latini. Lū ille calatinus sextū noīe filiū impera-  
toris tarquini ad castrū suū inuitasset sextus est statim ca-  
ptus in amoze pulcherrime mulieris Lucretie. Tempus  
aptū quo iperatoz ⁊ calatin⁹ de roma simul recederēt oc-  
currēs ad pdictū castrum reuersus ibi pernoctauit: ⁊ no-  
cte illa nō vt hospes sed vt hostis cubiculū lucretie clam  
ingressus manu sinistra opprimēs pect⁹ ei⁹ dextra p̄ gla-  
diū tenēs se prodidit dicēs. Sext⁹ sum mihi cōsentias vel  
morieris. Illa nullo mō cōsentire volebat. Dixitq; sext⁹.  
Nisi mihi cōsentias seruū ingulatum: nudū corpori tuo  
nudo etiā teingulata tibi soctabo vt p̄ orbē sama currat  
lucretia cū seruo in cubiculo ingulata. Illa p̄o timēs de  
tali infamia coacta consensit. Sext⁹ vero cōpleta libidis  
ne recessit. Illa vero multū dolēs p̄rem ⁊ marituz fratres  
⁊ imperatoz nepotē ⁊ p̄cōsules vocauit p̄ lras quos oēs  
p̄ntes sic alloq̄tur: dicēs. Sext⁹ domū meā itrauit hostis  
p̄ hospite: scias tu calatine vestimenta viri alieni in lecto  
tuo fuisse: verūtñ h̄ corp⁹ sit violatū: anim⁹ tñ est innocēz  
iā a culpa me absolue a pena tñ nō liberabor. Statim cū  
gladio occultato sub clamide propria manu se transfixit.  
Quo facto amici ei⁹ gladio illo accepto iurabant p̄ san-  
guinem lucretie omnem p̄geniē tarquini de roma enecere  
⁊ extirpare quod ⁊ fecerunt. Sextum vero auctozem cris-  
minis interfecerunt miserabiliter.

CAP. orationis.

**O**mnissimi Lucretia nobilis dñā est aīa a deo p̄  
baptismū lota ⁊ deo cōiūcta. Sext⁹ est diabol⁹  
q̄ nitit̄ nimis a munerib⁹ aīam violare: domū  
ei⁹ intrauit qñ p̄ctō p̄sensit. s. cor suū qd̄ est dom⁹ aīe p̄ct⁹  
ei⁹ opprimit qñ hō totaliter cōsentit. Et eā violat qñ ma-  
lū cōsensum actu cōplet. Post hoc lucretia, s. aīa dolēs p̄o

cat patrem et maritum. Sic et tu charissime debes vocare patrem. i. confessorum maritum. i. christum per opera misericordie et sanctos cum bona deuotione et ostendere vitam tuam per veram contritionem et confessionem quod et quantum contra deum deliquisti. Et tunc cum gladio penitentie teipsum occide. i. vitia et peccata extirpa et sic corpus deferatur romam. i. in sanctam ecclesiam ad ostendendum in qua forma publice vel occulte deum offendisti. Tunc diabolus et omnes sui sequaces erunt expulsi et recedent confusi et tu remanebis saluus in bona vita. Quod nobis prestare. et cetera.

Quod vigilare debet pastor animarum.

Capitulum. cxxvij.

**H**ic quidam ad domum cuiusdam diuitis nocte venit qui ascendens tectum domus per foramen prospicere cepit si adhuc aliquis de familia diuitis vigilaret. Quod hospes considerans peruicaciter uxoris sue dixit. Interroga me alta voce qualiter hec bona que tui que habemus nec desisses donec finaliter tibi dicam. Tunc ait mulier. O bone domine cum nunquam fuisti mercator dic mihi qualiter tantam pecuniam quam possides tunc congregasti. Cui ille. Noli stulta a me hoc querere. Illa autem magis ac magis querere non cessabat tunc vir quasi coactus suis precibus ait. Noli ista promittere que tibi dico et veritate pandam. Et illa. Absit hoc a me. At ille. Fur eram et nocturnis furtis omnia que nunc habeo congregaui. Cui ille. Qui magister meus erat verbum me docuit quod septies dicebam quando tecta hominum ascendebam. Ait mulier. Rogo te dic mihi illud verbum cuius virtute sine periculo furtum commisisti. Ait ille. Tibi dicam: sed alteri nullomodo dicas ne forte possent bona nostra asportare. At illa nullomodo attemptabo. Qui ait. hec sunt verba: fallax fallax. His dictis mulier obdormiuit vir autem fingit se dormire et sternutabat. Fur etenim cum audisset gauisus est et sumpto lumine radio et septies dicto carmine laxatis manibus et per-

Multi erunt qui plerumque sibi aliquid occultat plerumque illa scire cupit.

Qualiter fur fuit deceptus.

dibus per fenestrā in domū cecidit: et magnum sonitū fecit: et fracto crure et brachio iacuit miserabiliter seminatus in terra. hospes quoque audito sono quaesivit quasi nesciret qualiter cecidisset. At ille. Verba fallacia me deceperunt. Hospes quidem tum recepit: et summo mane in patibulo suspendi fecit.

## Moralisatio.

**Q**uarrissimi. Fur iste est diabolus qui per malas cogitationes tactū cordis tui ascendit et foramen facit per malū cōsensum: vir cū vxore est bonus pater et deficiente despōsatus. Cui diabolus toto conamine nititur per peccatū bona sua furari: scilicet virtutes quas in sacro baptismo recepit auferre. Sed bonus pater sancte ecclesie despōsatus debet cōtinue vigilare ut nō sinat furē aīe domū perforare. Iuxta illud verbum saluatoris. Vigilate: quia nescitis quando hora fur est vterus. Et cōtra eius malitias et nequitias intra te et vxorē: scilicet ecclesiam pvideat quō diabolo sit resistendum ut cadat a corpore eius: et nullo modo ei noceat. Vel etiā alio modo pōt reduci. Fur iste erat lucifer pulcher qui toto conamine ascendere volebat ut alter deus esset et auferret ab eo eius dignitatē. Et dicebat illud. Esaię. Ascendam in celū et ero similis altissimo. Et etiā ibidem. Nonā sedē meā in aquilonem et similis ero altissimo. Et postea ascendit paradysum: hoc est per suam pulchritudinem cecidit in infernum et fregit crura sua. id est amisit sic suam decorem quem deus sibi contulit et suspensus est in patibulo infernali. a quo nos etc.

De naturali benignitate xpi et misericordia quibus naturaliter peccatoribus convertentibus miseretur. et quod xps recepit quos mundus eicit.

## Lapi. cxxviii.

**D**icitur in cronicis de quodam imperatore qui populum romanum in maxima equitate gubernabat nulli peccens sed per equali culpa equalē penam tribuens tam diuitibus quam pauperibus. Senatores romani cum propter hec imperio privauerunt: et tanquam pauperē fugere

Vigilans  
hospitem  
per insidiam  
stendū  
est.

cōpulerūt. Ille statim accessit ad cōstātinū ⁊ cū eo pactus fecit ⁊ tā strētue ⁊ tā prudēter se habuit sic post eū in imperatorē est elect⁹. Qui cōgregato exercitu romā obsedit: ⁊ cū romani euadere nō possent quin ab eo caperent: mīserunt primo ad eum seniores: scō iuuenes: tertio mulieres q̄ nudis pedib⁹ ante eū se pstrauerūt postulantes veniā quā obtinere non poterāt. Ultimo miserūt sibi parētes suos simplices quos habuit in ciuitate: mater ei⁹ pectus ⁊ vbera ostēdit que suxerat. Quod cū vidisset imperator amore naturali cōpatiens totam offensam dimisit: ciuitatem intrauit ⁊ honorifice susceptus est.

**C**ap. Moralizatio.

**Q**uārisimi iste imperator est xps qui p̄ pctm̄ de ciuitate sua. i. de corde hoīs expellit ac de mundo isto qm̄ iudei eū morti tradiderūt. Ille sō sic expulsus ad patrē perrexit vbi est elect⁹ in imperatores ⁊ iudicē nostrū in die iudicij: qz omne iudiciū dedit pater filio. Joānis. viij. Ergo nobis valde timēdū est quō in die iudicij debeam⁹ ei occurrere qm̄ veniet cū magno exercitu angeloz. Quid ergo est faciēdū. Certe pmittam⁹ primo seniores. i. alte clamemus ad patriarchas ⁊ prophetas vt pro nobis imploret nudis pedib⁹. i. cum affectiōe. Item scō iuuenes. i. aplos: martyres: ⁊ confessores noni restamēti per opera mie imploremus. Itē mulieres. i. sanctas virgines ⁊ viduas: ⁊ principaliter rogemus matrem dei virginē gloriosam ⁊ ipsa nobis obtinebit vitā eternam. Quam nobis concedat ⁊c.

Dies iudicij timēd⁹ est.

**D**e illis quos austeritate vincere nō possumus benignitate superemus. Cap. cxxviii.

**Q**uārat quidam rex noīe **A**bedio qui vnicū filiū habebat heredē fil⁹ dimisit patrem: ppter hoc pater eū fugauit spoliādo ipsam ab hereditate sua. Facto hoc fil⁹ ius ad regē persarū inimicū ⁊ emulū patri sui ⁊ narrauit ei qz cū eo se teneret vsqz ad mortem omni tēpore paratus ā necesse esset contra partem suam

propriū bellare. Tandem ortū est bellum inter dictos re-  
ges q̄ simul pugnaverunt. Accidit q̄ medio rex graviter  
vulneraretur vsq; ad sanguinis effusionē quod filius ei⁹  
considerans statim cūcurrat ad patrem ⁊ pugnavit cū eo  
cōtra dñm suū. s. regem persarum ⁊ vicit eum. Quo facto  
dñs suus eum dimisit eo q̄ non tenuit pactū ⁊ ipse rediit  
ad patrem ⁊ veniā humiliter petiuit ⁊ obtinuit ⁊ sic pax  
reformata ⁊ ei hereditas est restituta.

## Caphoralisatio.

**Q**uoniam isti duo reges sunt deus ⁊ diabolus.  
De pmo hie. Dñs ipse est deus vincēs ⁊ rex sem-  
pitern⁹. De sc̄bo Job. xij. Ipse est rex sup ꝛc. S;.  
primus rex. s. de⁹ h; filii. s. aiā humanā q̄ totiens reced-  
dit a deo ⁊ obligat se diabolo quotiēs committit peccatū  
mortale. Si certe filius ille voluerit recordari illius belli  
q̄d x̄ps fecit pro eo cōtra diabolu⁹ vsq; ad sanguinis effu-  
sionē vt eū a potestate diaboli eriperet: ⁊ sic cogitans vol-  
uerit se deo hūiliare ⁊ p peccatis veniā petere. poterit secu-  
re ad deū accedere ⁊ hereditatē vite eterne acquirere. ps.  
Tu es q̄ restitues hereditatem meā mihi ꝛc.

Ep̄us  
deū de  
bella  
uit pro  
pter  
nos.

## De vulneribus anime.

## Capi. cxxix.

**M**agnus alexāder regnavit qui dominiū totius  
mūdi obtinuit. Accidit q̄ semel grādē exercitū  
collegit ⁊ quādā civitatē circumdedit q̄ in eodē  
loco plures milites ⁊ alios sine omni vulnere amisit. Cū  
vero de hoc multum miraret philosophos vocavit ⁊ ait  
eis. O magistri quō poterat hoc esse q̄ subito sine vulne-  
re milites mei moriuntur. At illi dixerūt. Mirū non est.  
Est em̄ quidā basiliscus sup murū civitatis cuius aspectu  
milites inficiuntur ⁊ moriuntur. ait alexāder quale reme-  
diū est contra basiliscū. Qui dixerūt. Ponatur speculum  
elevatū inter exercitū ⁊ murū vbi est basiliscus ⁊ cū in spe-  
culum respexerit reflexus eius ⁊ intuit⁹ ad ipsam redibit  
⁊ sic morietur: ⁊ sic factum est.

Quō  
basilis  
sc̄p̄ a  
spectu  
suū p̄  
morit.

## Caphoralisatio.



**Q**uarrissimi. In hūc mundum summū remediū elationis est cōsideratio pprie fragilitatis et infirmitatis: qz si queris quare homo superbit. Lete qz pondere virtutis caret. cōsiderare ergo dz ppriam vanitatem tanq̄ in speculo et recurrere ad ppriam fragilitatem defectum suū cōspiciens elationem repellendo.

**De iustitia et equitate invita presenti et futura semp inueniendis.**

Lapi. cxi.

**R**aclius regnavit qui inter oēs virtutes quas habuit iustus fuit nec precibus nec muneribus flexari poterat: qui iustitiam pro loco et tpe exerceret accidit semel qd aliqui apud eum accusabant quendam militem de morte alteri militis in ista forma. ambo ad quoddam bellum perreperunt et nullum bellum erat cōmissum Ille miles redyt sine altero. et ideo dicimus qd iste in via alium occidit. Rex cum hoc audisset sententiam dedit vt miles ad supplicium duceretur. cum autem ductus fuisset viderunt aliam militem venientem pro quo ille iudicatus fuit ad mortem in nullo lesus et ambos ad iudicem redierunt. Iratus iudex dixit primo militi. Iubeo te interficere qz damnatus es: et secundo dixit te similiter: quia causa mortis illius es. et tertio dixit etiam te qz missus fuisti militem occidere et non fecisti.

**Exhortatio.**

**Q**uarrissimi. Iste rex est deus qui oibus operibus suis est iustus duo milites sunt corpus et aīa. aīa per carnē seducta morit̄ qm̄ peccatū mortale cōmittitur iō iusto dei iudicio corpus ad supplicia penitentie ducit: sed carz subycitur penitentia aīa inuenit primo p̄ xpi passionē. Secūdo per penitentia: s̄ ambo morte spali mori debet. Tertius miles qui eū nō occidit: est negligēs p̄latus qui ex diuino p̄cepto bz peccatorē corripere vitia extirpare stultes iserere. Et si illa nō facit mortē eternā nō evadit. Eze. iij. Si nō annūciaueris ei neqz locut⁹ fueris vt certat aīa sua impia et vivat et ipse ipius moriet̄ in iniqui

**P**relatus hys peccatis et corripere ex diuino p̄cepto

tate sua sanguinem de manu tua requiras. Rogemus te:  
**De sancto consilio semper audiendo et contra-  
 rio abiciendo.** Capitulum. cxlj.

**H**ilgenius regnauit in cuius imperio erat qui-  
 dam miles nomine sedechias qui uxore pulchra acce-  
 pit: sed non prudente. In cuius domo quidam  
 serpens in quadam camera habitabat. Miles vero tornea-  
 menta et hastiludia frequenter intus peruenit ad ma-  
 gnam egestatem fleuit amare et quasi desperans hinc inde  
 ambulabat ignorans quid agere deberet. Serpens videns  
 eius dolorem data est ei vox a deo sicut quondam asine balaam  
 et ait: cur fletis. fac secundum consilium meum: et post factum non peni-  
 tebis. Singulis diebus lac dulce mihi ministra te et dita-  
 bo. Miles hoc audiens gaudens est valde et hoc fideliter  
 adimplere promissit. Statim infra breue tempus ditatus est val-  
 de prolem pulchram et magnas diuitias habebat. Accidit  
 vna dierum quod uxor diceret marito. Dne credo quod ille ser-  
 pens multa bona possidet in camera in qua iacet consilio  
 ut occidatur et bona eius obtineamus. Ille vero ad instru-  
 ctionem mulieris malleum portauit: ut serpentem occideret cum  
 vase lactis. Cum vero serpens vas lactis videbat: caput ex-  
 tra foramen camere extendit ut lac more consueti laberet.  
 Miles vero hoc videns malleum extendit et serpentem pera-  
 cutere volebat: serpens hoc subito videbat et caput retra-  
 xit et ictum mallei vas suscepit. Statimque prolem post hoc  
 et omnia que habuit miles amisit. Ait ei uxor. Ne malum con-  
 siliium tibi dedit: sed perge ad foramen serpentis te in omni-  
 bus humilia ut sic forte gratiam per eum obtineas. Perrexit  
 miles ad cameram serpentis et fleuit amare petens gratiam ut  
 per eum sicut prius ditari posset. Ait serpens. Quomodo vi-  
 deo quod stultus es et tu in stulticia permanebis. quia non potest  
 esse quin ille ictus magnus mallei ad memoriam sepius  
 mihi veniat et occurrat tibi que modo prolem tuam occidi et  
 omnes diuitias abstuli: et sic nulla vera pax inter nos stare  
 potest. Miles contristatus est valde: et ait. Tibi fideliter

**Phu-  
 ieris  
 o filium  
 non se-  
 nissime  
 anu e.**

promitto ammodo cōtra te nil velle perpetrare gratiam  
tuam habere possum modo. **L**ui serpens. **L**harissime natu  
ra serpētis est astuta & veneno pleno sufficient tibi verba  
mea. quia iam tibi occurrit ad memoriā ictus mallei: cū  
tua nequitia recede ne tibi mains malum contingat. **A**ph  
les vero cum magno dolore recessit: & ait vxori sue. **U**e  
mibi q̄ tuum consiliū operatus sum. **E**t sic semper post  
hoc in egestate vixerunt.

serpens  
dicitur astu  
tue;

**C**onualisatio.

**A**harissimi. **I**ste rex est pater celestis. **A**philes se  
dechias paup̄ hō nudus de vtero mris egressus  
q̄ oēs diuitias paradisi p̄ pctm̄ p̄imi parētis  
perdidit cū pulchrā vxorē eū accepit: de cui⁹ cōsilio gau  
diū paradisi perdidit. **S**erpēs nutritus in camera est xp̄s  
in corde tuo per virtutes baptismi cōtentus a quo homo  
oīa bona accepit. **P**rimo filiū. i. aiām pulchrā ad dei simi  
litudinē creatā. **S**cōdo hoīem cōstituit dñm̄ mūdi. p̄s. **C**ō  
stituit eū sup̄ oīa opera manū tuarū. **T**ertio paradīsum  
Sed cū pater noster adā fuit deceptus cōsilio eue per sug  
gestionē diaboli oīa pdidit. **E**t sic qlibet hō si sequit cōs  
lium vxoris. i. carnis amitter oīa. **A**p̄ls. **S**i fm̄ carnē vixe  
ritis moriemini. **I**n baptismo p̄misisti xp̄o ministrare lac  
sez orationē innocentie & deuotionis. **S**ed grauiter xp̄m̄  
percutis qñ pctm̄ mortale cōmittis. **H**ec videns auferit a  
te filios & filias & diuitias vt te emendes sicut scriptus est.  
**Q**uem diligo arguo et castigo. **E**rgo de virga discipline  
plus debemus gaudere q̄ dolere.

**D**e diaboli laqueis quibus nos circūuent  
re satagit.

Capitulum. cxliij.

**A**rat quidā rex potēs valde q̄ quandā foueā cō  
duxit & eā muro circūvallauit in qua diuersa ge  
nera aialium posuit in q̄bus multū delectabat.  
**E**rat eodē tpe quidā qui pditor inuentus est: et sic p̄pter  
sua scelera oībus suis priuat⁹ est. **I**lle vero de terra expul  
sus est: & p̄didit sibi de quatuor gñibus canum & multis

Ep̄s p  
cutim⁹  
quādo  
pctm̄  
mortal  
le com  
mitti  
mus,

rhetibus vt bestias regis in foresta caperet & destrueret. Noia canū bec erant richer: emuleym: banegif: bandin: crimel: egofin: beamis: & relim. per istos canes & retbia destruxit hic oia aīalia regis. Audiēs hoc rex cōtristatus est valde: vocauit filiū suū: & ait. Fili charissime arma te & de scende cum exercitu vt illū proditorem occidas vel de regno expellas. Ait ille. pater presto sum: sed vt audiui de pluribus tam potens est ille q̄ me oportebit latere ad ali quod tēpus cum vna puella cuius sapiētia omnes excellit cum qua colloquium habebō & sic ad pugna me parabo. Ait pater. Uade ad castrū variob & inuenies in eo puellam que s̄m audita est valde prudens & si per eam nostrū aduersarium poteris debellare eam multis honoribus p̄ mouebo. Filius hoc audiēs armauit se castrum puelle intravit nullo sciēte que eum cum gaudio recepit et apud eam per aliquod tempus mansit. Deinde extra castrum recessit & statim die octauo aduersarium patris aggrediebatur potentia. In fine eum diminuit et caput eius amputauit. Post hoc cum victoria ad patrem rediens pater eū in regem constituit.

### ¶ Applicatio.

**Q**uārisimī. Iste imperator est dñs deus. Foresta mundus siue ecclesia. Mundus erat circūvallatus diuinis preceptis s̄m legem moysi: ecclesia circūvallata est passione xp̄i & mīa doctoribus. predicatoribus. & confessoribus. Miles proditor qui erat expulsus est diabolus de regno eiectus qui ecclesia & alios xp̄ianos machinatur omni hora destruere. Cū prouidet sibi de canibus & rhetibus: quia sicut venatores simplici vita insidiantur bestijs vt quādo exeunt de cavernis in quibus latebant habent rhetia cum quibus capiūt eas. Cū eñ homines exeunt de cavernis bone vite tunc habent rhetia. i. carnis & mundi delectationes & illa ponunt ante eos & capiunt illos. ps. Cadent in rhetiaculo eius peccatores. Unde aduertite q̄ venator ille diabolus habet qua

diabolus  
lus dicitur  
vātor

tuos genera canum currentium. Aliquos eorum sunt pro bestijs spiritualibus et alij pro alijs. Duo primi canes scilicet richer et emuleym currunt ad cernos et visos. id est diuitias et voluptates per quas plures tracti sunt ad malefaciendum: quia diuitie sepe ponunt hominem extra viam rationis. et propter magnas diuitias volunt habere potentias et voluntatem propriam ideo sapienter vtamur nostra potentia loco iusticie si fortitudo nostra lex iusticie hoc est dictum. Totius firius quod nos volumus et possumus facere. Unum istum duo canes scilicet diuitie et voluptates vel potentie currunt simul et multos post se trahunt et ad peccatum alliciunt. ideo scriptura dicit. Venator multum gaudet quando videt ceruum viam capere versus rhete. Sic diabolus quando videt hominem viam capere versus partem mortalem. et per consequens in infernum. Deinde venator. id est diabolus permittit alium canem currere. scilicet banegif. id est accipite et date. Iste canis currunt ad abbates priores et pastores qui habent ecclesias conferre. Isti dant ut accipiant quia quod probis hominibus et bonis clericis dare deberent hoc dant fatuis et discolis propter fauorem et laudem quod est contra scripturam. Ubi dicit. Da bonis et ne receperis peccatorem. Unde banegif. id est accipite et date ducit multos ad rhete. id est inferni. Unde alter canis banegif ducit sollicitatores et aduocatos ad rhete quia per cautelam eorum faciunt contra iusticiam. Unum dicit Job. Audacter deum pronocant. quia si pars vera eis nihil vult dare accipiunt de parte falsa bursam plenam ita quod illa trahat ad se decreta et decretalia et facit discordiam contra veritatem. Unde dicit abacuch. Lacerata est lex propterea egreditur iudicium perversum. Unum contra tales ait. ps. Labor labiorum operiet eos. id est in profundum inferni deprimet. eos in misericordia non subsistent. Deinde crismel alter canis mittit circa lepores qui tam veloces sunt quod menses transiunt. id est ordines in ecclesia sicut sunt presbyteri: rectores: capellani: monachi: et fratres mendicantes qui deberent per rationem transire ad montes alte vite scilicet de terrenis exonerari

Aliqui  
dant ut  
inde accipiant.

et mundū despiciere. Sed plures sunt tñ temptati per car  
 nē istā q̄ ducit eos p̄ voluntate sua ad rethē dyaboli aut  
 eo p̄fidant in rebus in q̄bus decipiuntur cū rectore ecclē  
 siē vel plebanus de ducentis vel trecentis marcis colligit  
 duos discos de residuo mense tñe quos pauperibus debe  
 rent dare: sed videtur eis q̄ multum fecerunt p̄o dei amo  
 re. Ergo pessime exponunt illam totam pecuniam: q̄ p̄ mū  
 diuinitatibus et pompa seculi et q̄d peius est in luxuria et  
 gulositate. Unde 3̄ tales scriptū est. Duces ceci excollētis  
 calicem. Aliqui sacerdotes et clerici tñ p̄fidant in priuile  
 gijs eoz ac in corona sua et reuerentia quā populus eis fa  
 cit q̄ synam missam de die cantant totum residuū diei in  
 vanitatibus licite concedi estimant. Cōtra tales dicit Sa  
 lomō. Sunt impij qui ita securi sunt quasi iustoz facta  
 habeant. Et tales cadent in confusionem extremā nisi pe  
 nituerint. Deinde alter canis est solitus qui vocatur belym  
 qui versat in vsura. i. ad mercatores p̄pter quam plures ca  
 dūt in rethē dyaboli: q̄ vendūt et emunt vt tertiam p̄tem  
 lucrētur vel plus. dicit. ps. Non deficit de plateis eozum  
 vsura et dolus. Ergo veniat mors super illos et descendāt  
 in infernum viuentes. Deinde alter canis qui vocatur bea  
 mis id est luxuria per quam multi clerici et laici diuites et  
 pauperes parui et magni iuuenes et senes in rethē dyabo  
 li sunt. Videns ergo deus totū genus humanū per rethē  
 dyaboli destrui et captū tueri misit filium suum in castrum  
 puelle duplici armatura armatum. s. diuinitate et humani  
 tate. Et post natus est die octaua dyabolum aggredit̄.  
 sc̄z qñ erat circumcisis et postea dedit bellum. s. in pasche  
 ne et obtinuit victoriam: vt sic nos a vitijs et rethibus dy  
 aboli liberaret et ad vitam eternam perduceret.

De timore extremi iudicij cum expositione. Ca. cxliij.

**E**rat quidam rex qui statuit p̄ lege q̄ quicūq̄ sub  
 ro mori deberet mane ante ortum solis añ domū  
 eius tubas canerēt et statim talis vestibus nigris  
 indueretur et sic ad iudicium veniret. Ille rex magnum cō

Luxu  
 riam  
 rosam  
 plectis

uiniū fecit et oēs satrapas reuocari fecit qui oēs uenerunt. In quo cōiuiō erāt periti de omni gñe musicali qui magnū solatiū cōiuiō fecerūt ex suauī melodīa. Rex uero nullū solatiū uel signū letitię oñdit: sed uultum trīstē habuit et suspiria et gemitus emittebat. Hoc uidentes cōiuiue admirati sunt et non fuerūt ausi petere ab eo cām trīsticię: sed dixerūt fratri regis ut cām tante trīsticię indagaret: qui et fecit dicens qd oēs in cōiuiō mirarent de tanta trīsticia et cām libenter scirent. Hic rex. Uade ad domū tuā die crastina rīsum audies qd et factum est. Rex pcepit bucinatoribus ut sequenti mane uenirent ad domū fratris sui et tubas canerent et ipm ad eū ducerent scdm legem qd et fecerunt. Audiens frater regis de mane tubas ad domū suā cōmota sunt oīa uiscera eius et surrexit uestibus nigris se induit ueniēs ad regem. Qui fecit fieri foneā p̄fundā et ultra foneā cathedrā fragilē que quatuor pedes fragiles habuit. et fecit fratrē suū exui uestibus et sup cathedrā poni. Dum aut in cathedra eēt et collocatus ordinauit ut gladius acutus supra caput suū per filiū fericiū penderet. Deinde ordinauit quatuor hoies cū quatuor gladijs acutissimis unum a pte anteriori alium a pte posteriori. tertium a pte dextra et quartum a parte sinistra. cum aut sic starent ait rex illis quatuor. cum dixerō sub pena mortis gladiū in uerū isigite. et tubas omniaqz genera musicalia fecit adduci coram fratre mensam parari et diuersa fercula apponi et ait. O frater mi charissime quare tantum doles et tantam trīsticiam in corde habes. Ecce optima fercula: ecce melodiā suauissima quare non gaudes et letaris. at ille Quomodo potero gaudere cum in signum mortis hodie mane sonitum tube ante domū meam audiui et modo in corruptibilī et fragili cathedra sum collocatus. Si indiscrete me mouē ipsa frangitur et in puteum cado de quo resurgere nō potero. Si caput meū erigo gladius ultra caput meū usqz ad cerebrum me interficiet. quatuor tortores in circuitu meo stant parati cum gladijs ad uincū uer

turbatus  
 nō pariter  
 regis de  
 rīstione  
 eiusdem  
 regis.

bum vestrum me occidere. Istis consideratis si deus totius mundi essem gaudere non possem. Tunc rex ait. Jam ad quoniam besterna quare non gauderem rideo. Ego sum sicut tu modo collocatus in cathedra corruptibili et fragili quia in corpore fragili cum quatuor pedibus corruptibilibus .s. de quatuor elementis. et sub me est patens infernalis. ultra caput meum gladius acutus .s. diuinum iudicium paratum animam meam a corpore separare. ante me gladius acutus .s. mors que nulli parcat. et antequam speratur veniet quoniam ubi quoniam penitus ignoro. a parte posteriori alius gladius paratus ad me percutiendum .s. peccata mea que in hoc seculo commisi parata sunt ante tribunal me accusare. Gladius a parte dextra est dyabolus qui circuit querens quem deuoret qui semper paratus est animam meam recipere et ad infernum reducere. Gladius a parte sinistra sunt vermes qui carnem meam post mortem corrodent. Cum enim charissime frater omnia ista considero nunquam gaudere potero. Si ergo tu tamen hodie me timuisti qui sum homo mortalis multo igitur plus creaturam meam et redemptorem meum deum nostrum iesum christum debeo timere. Uade ergo charissime frater et nota amplius tales questiones querere a me. Ille pro surrexit et gratias de vita sua regi fratri suo reddidit promittens firmiter amodo vitam suam corrigere hoc audientes omnes qui aderant laudabant responsum regis.

De statu mundi actuali.

Capi. cxliij.

**H**ertur de quodam rege cuius regnum in tam subitam deuenit inundationem quam bonum in malum verum in falsum: forte indebile iustum in iniustum est mutatum. Quam mutationem rex admirans a quatuor philosophis sapientissimis causam huius quesituit: qui inquam philosophi post sanam deliberationem ad quatuor portas civitatis pergentes quilibet eorum tres causas ibi scripsit. Primum scripsit potentia est iustitia ideo terra sine lege. Dies est nox. id est terra sine via. Fuga est in pugna. id est regnum sine honore. Secundus scripsit. Unum est duo ideo regnum sine veritate

Dya-  
bolus  
deus nos  
circuit  
reque-  
rens  
nos de-  
notare

Rones  
phorum  
quare  
virtutes  
inuita  
uertur.



te, Amicus inimicus. ideo regnum sine fidelitate. Malus  
est bonū tō terra sine pietate. Tertio scripsit Ratio h3 licē  
tiam ideo regnum sine nomine. Fur est propositus. ideo  
regnum sine pecunia. Corobolavult esse aquila ideo nul  
la discretio in patria. Quartus scripsit. Volūtas est p̄silia  
rius. ideo terra male regitur. Denarius dat sententiam.  
ideo terra male regitur. Deus est mortuus ideo totum res  
gnū peccatoribus est repletum.

### Choralisatio.

**A**varissimi. Quandoq; terra solebat regi per ius  
ticiam secundum leges divinas et imperiales.  
nunc autem regitur per potentiam. Nota mora  
liter r̄verum est: quia olim iustitia dictatur q̄ deus esset  
diligendus super omnia. &c. Sed potentia in regno ani  
me vicit intantum quod homo ex certa malitia contra in  
clinationem proprie voluntatis qua naturaliter magis in  
clinatur ad bonum quam ad malum hoc facit. Secundus  
etiam est verum quia olim clerici laici per bonum exem  
plum ad eternam patriam viam prebuerunt sed mutatus  
est color optimus quia omnes declinauerunt simul in ius  
les facti sunt non est qui faciat bonus. Patet de papa qui  
olim beneficia dedit clericis dignis propter deum spernē  
do munera sicut petrus respondit symoni mago. Pecunia  
tua sit tecum in perditionem. Hoc idem patet in reli  
giosis olim per bonam vitam viam ad eternam patriam  
per paupertatem ostendebant quia attendebant ad illud  
q̄ monachus habens obolum. Hoc idem patet in clericis  
quia ut dicit hiero. Quicquid preter simplex vestimentum  
& victum de altari retines tu sacerdos tuum non est: sed  
pauperum: rapina est et sacrilegium est. Isti enim omnes  
tam monachi quam canonici: tam montales quam clerici  
noctem verterunt in diem et ideo arcta est via que ducit  
ad patriam et pauci: quia carent lumine incedunt per eam  
Tertium p̄rimi. Fuga enim est in pugna probatur li  
teraliter. Nam olim domini si vnus habuit aliquid ad

Olim  
dñi tē  
pora  
les pu  
gna  
bant p  
iur suo  
nunc p  
rapina  
& furtū  
volunt  
recupe  
rare.

versus alium solebant pugnare, &c. sed modo bonorum reces-  
 sit quia nolunt pugnare, sed quotidie per rapinam per  
 furtum & talia vnus intrat terram alterius & nolunt pugna-  
 re quia emunt equos velocissimos ad fugiendum. Spiritu-  
 aliter verum est quia olim homines temptationes vince-  
 bant & aduersarios scilicet carnem mundum & dyabolum  
 superabant. Et sic apud deum fuerunt magni meriti & bo-  
 nozem ex hoc reportabant sed hodie quando deberent pu-  
 gnare consentiendo fugiant. Secundus dixit. Unum est  
 duo, &c. Que est ratio: quia veritas non est in mundo nisi quod  
 cor & lingua que deberent esse vnum tam sunt diuersa: quod  
 quicquid homo iam per os affirmat cor negat. Nota est  
 isto quod hodie litere sigillare non valent. Iuramenta presti-  
 ta non tenentur, &c. quod non fuit olim quia quasi vnus di-  
 xisset alteri simplici verbo tibi facia hoc credidisset. Spi-  
 ritualiter verum est quia anima que deberet esse in charita-  
 te vna cum deo per peccatum est diuisa. Secundum ami-  
 cus est inimicus &c. que est ratio nisi quod non est fides in mu-  
 do. Certe qui deberet esse amicus iam est inimicus. Jam  
 verificatum est verbum christi. Surget filius contra patrem  
 Credo quod non sit modo ita bonus amicus qui pro pecu-  
 nia non fieret inimicus. Spiritualiter etiam verum est: quod  
 christi amici in euangelio sumus dicti, quia teste christo.  
 Jam non dicam vos seruos sed amicos, sed hodie facti su-  
 mus inimici quia castrum domini scilicet cor nostrum tra-  
 dimus dyabolo. Tertium malum est bonum, &c. Que est  
 ratio quod hodie magna crudelitas regnat in mundo & auaritia.  
 Certe nulla alia quam illud quod est malum factum  
 est bonum scilicet pecunia: quod autem pecunia sit mala pro-  
 batur per philosophum qui dicit quod aurum siue argen-  
 tum non est nisi fex terre. Postquam iste feces facte sunt ita ce-  
 re pietas recessit sed tamen teste sapiente. Nihil iniquius  
 quam amare pecuniam. Spiritually peccatum quod est maius  
 malum quod inueniri potest hodie factum est bonum quod  
 pauci sunt qui non peccent. Contra quos propheta. Ue-

Nota  
 vnum mi-  
 rabile  
 per pnti-  
 tpe.

Hodie  
 ermis  
 tibus  
 per pecu-  
 niam mi-  
 cus ini-  
 micus  
 fit.

Amare  
 pecuni-  
 am ni-  
 hil in-  
 quius.

vobis qui dicitis mali boni et boni mali. Tertius dixit Ratio habet licentiam que est ratio quod hodie christiani carerent noie certe nulla alia nisi quod ratio in hominibus est licentia homo vocatur est christianus per rationem a christo sed homines non sunt in sur ratione quod homo cum in honore esset non intellexit. Nam porcis assimilatur per luxuriam, leoni per superbiam, cani per inuidiam, vulpi per dolo sitatem. Et ideo non meretur dici homo nec christianus: quia vitam christi totaliter deseruit. Spiritually verum est quia si homo haberet rationem deum super omnia diligeret. Probo quod ratio dicitur quod bonum est diligendum et magis bonum magis diligendum et maxime bonum maxime diligendum. Sed constat quod deus est maxime bonus et bonum quo magis bonum cogitari non potest. Ideo si homo rationem haberet ipsius pro omnibus diligeret. Secundo fur est prepositus etc. Que est ratio quod pecunia dominatur nulla alia quod officiales sunt fures non dico fures sed unus per experientiam video quod domini temporales sunt pauperes et prepositi abundant. Video etiam quod isti villani rustici et alii pauperes modicum habent et isti diuites abundant. Que est ratio nisi quod fures existunt. Charissimi, si unus alteri quinque marcas vel tot florenos acciperet nonne fur iudicare fur. Sed isti quantum recipiunt de capitali summa non est confessoribus. Et ideo veri fures non suspenduntur teste philosopho qui vidit quod iudex duxit furem ad patibulum philosopho ridente et iudice querente quare rideret. Respondit quod magnus fur ducit paruum furem. Spiritually verum est de illis qui pro modica delectatione deo animas quas solo sanguine acquisiuit furantur et diabolo subiciunt. Tertium culex cupit tam alte volare sicut ipsa aquila, ideo non est discretio. Nam qui deberent agrum colere hodie volunt dominari. Nam postquam habent unum par ocrearum et calcariis et equum ipsi equitare volunt et vocari domicelli. Johannes vel christiane et sic de aliis verum est de illis civitatensibus quorum parentes fuerunt pellifices et sutores etc. Ipsi

Juxta  
dictus  
philo  
sophi  
hodie  
magnus  
furus  
at ad  
patibulum  
paruum  
furem.

autem se habent vt milites. **M**odica differētia est in mādo. Similiter applica sicut scis et vis de mulierib<sup>9</sup>. **S**piritualiter verum est de istis montalibus monachis et clericis. **N**ota quomodo hodie vadunt etc. **Q**uartus p<sup>9</sup>bus dicit. **V**oluntas est ratio ideo regnum male regitur que est ratio q<sup>9</sup> terra male regitur. **C**erte nulla alia nisi q<sup>9</sup> dominoꝝ cōsiliū est malum. **N**am olim consiliarū solebant dare consilia iuxta equitatē. **N**unc autem ea dant secundū volūtatē. applica sicut vis et scis quare hoc faciūt. **S**piritualiter etiā verū est quicquid ratio dicat pro eterna salute: volūtas vult oppositum. **S**ecundus denarius dat sententiam: ideo terra et cetera. **Q**ue est ratio q<sup>9</sup> sic venditur iusticia. q<sup>9</sup> modo nulla iusticia est **¶** Denarius: quis si venerit denarius ad iudicium et si habueris dare pecuniā et causam minus iustam habueris: iudex pro te sententia bit non te videt si reus fueris: quia munera iudicum oculos excecant. **S**piritualiter etiā verum est in iusticia cōfessio: quia si volueris de magnis peccatis veniā impetrare faciliter et iudicem confessorē placare pecuniā ostendens: et licet non habuerit auctoritatē te absoluet et penitentiam imponet. **N**ota etiā literaliter de istis officialibus et curia romana que non petit ouē sine lana. **T**ertium deus est mortuus etc. **C**erte si deus adhuc puniret sicut ante incarnationem quando propter peccatum luxurie totum mundum submersit octo animabus exceptis. **N**ota quomodo homines tunc solebant se retrahere a peccatis saltem timore: sed non amore eo q<sup>9</sup> sciebant deū omnia vindicare. **S**ed nunc quasi mortuus a nobis reputatur nec de futuro iudicio vel inferno vel eterna pena vel eterno regno cogitamus. et cetera. **E**cce audistis duodecim rationes quare totus mundus est in maligno positus. **Q**uiescite ergo c<sup>9</sup>barissimi agere perversē. discite beneficere. **E**sayas. **A**uscultate vt cognoscatis veritatem et veritas vos liberabit. quam omnis terra approbat celus etiā ipsum benedicit et omni opera tremunt eam quoniam non

**C**ōsiliariū moderatē dant cōsiliū ad voluntatem.

**N**ota q<sup>9</sup> homines in veteri testamento timore pene non amore se retraherent a peccatis.

est cum ea quid iniquum. ideo permanebit in eternum.

**U**e via salutis quam dominus deus per filiū suū aperuit.

## Capitulum. c. l. v.

**A**lbertus narrat q̄ tempore Philippi erat quedam via que ducit inter duos montes armenie quandū non erat frequentata; postea autem accidit nullum posse transire viam propter aeris infectionem nisi expiraret. Unde rex a sapientibus causam tantī mali querebat. et nullus ex eis veritatem dicere poterat. Tandem innocens socrates dixit regi q̄ edificium edificaret equalis altitudinis cum montibus. Quo facto fecit socrates fieri speculum de calibe plane superficiē positum et mundum et ab omni loco munitum foret aspectus et reflectio ad speculum quo facto intravit socrates edificium et vidit duos drachones vnum ex parte montis alium vero ex parte vallis qui cōtra se ora mutuo aperiebant et aerem hauserunt. Et dum sic respiceret quidam iuuenis in equo qui periculum ignorabat volens transire per illam viam. subito de equo cecidit et incontēnti mortuus est. Socrates vero statim ad regem cucurrit et omnia visa eidem narravit. Postea vero per artem subtilem capti sunt drachones et postea interfecti. et sic via salutis omnibus eam transcuntibus et ambulātibz facta est.

De socratis peritis

## C. Moralizatio.

**Q**uārisimi. Per illos montes qui eleuabantur super omnem superficiem terre nobiles ac mundi potentes intelligo qui vltra communitatem populi eleuantur vel partem laicalem siue clericalem. Cū psal. Ascendunt mōtes &c. Inter istos mōtes est cōmūnis trāsitus ppli: q̄ tot⁹ p̄ eos regit. In istis mōtib⁹ solēt latere duo drachones. i. duo vitia. i. supbia. et luxuria: quorū veneno totus mundus inficitur. Juxta illud. j. Job. iij. Omne qd̄ est in mūdo: aut est supbia vite aut luxuria. &c.

Istorum draconū vis est nobis ignota et id quod per viā illā  
communem in qua dracones latent transeunt subito il-  
lorum veneno preventi moriunt. Sed antequam periculū sen-  
tiamus debemus oculos nostros ad speculū mūdū et pos-  
litum. id est saluatorē dirigere. De quo Sapientie. viij. Lan-  
dor est lucis eterne et speculum sine macula. Itē debem⁹  
altam edificatū edificare. hoc edificatū est vita munda per  
penitētiam et bonis virtutibus ornata qua debemus nos-  
tra pericula previdere. Et quomodo inuenis. id est homo va-  
nitatē deditus cadit de equo virtutis moritur spiritus  
liter Hoc videns socrates. id est bonus prelatus debet cur-  
re ad regē glorie et eū de nocte pro subito orare ut possit  
viam periculosam precauere et viam salutis eterne glorie  
eligere et sic vitam possidere eternam. Quod nobis. et c.

De principibus et magnatibus fortiter arguēdis  
pro eorum foris factis. Capitulum. cxlvj.

**R**esert Augustin⁹ in libro de civitate dei quod dyo-  
medes pyrata galea vna longo tempore in ma-  
ri homines spoliavit et cepit. qui cum multis na-  
uibus iussu Alexandri fuisset questus et tandem captus  
et alexandro presentatus eum interrogavit dicens. Quo-  
re mare habet te infestum. Ille statim respondit. Quare  
te orbis terrarum. Sed quia ego hic ago vnam galeam  
latro vocor. Tu vero mundum opprimens nauium mul-  
titudine magna diceris imperator. Sed si circa me for-  
ta na mansuesceret fierem melior: e conuerso tu quanto for-  
tanatior tanto deterior. Alexander respondit. Fortunam  
tibi mutabo in malicia tua fortune meritis ascribantur.  
Sicque diues est per eum et de latrone factus est princeps  
et zelator iusticie.

Choralisatio.

**Q**uarissimi. Latro in mari cum vna galea est pec-  
cator in mundo cum sola vita. et tamen non desi-  
sit occidere virtutes et spoliare per peccatū quas se  
cepit in baptismo. Sed alexander. id est princeps vel pater

Bon⁹  
platus  
sp des  
bz ora  
re ac vi  
gilare  
p salu-  
te sub-  
ditoy.

Pecca-  
tor di-  
cif vir-  
tutū oc-  
cisor.

rus habet talem ad viam rectitudinis adducere per naues. i. p. merita sancte ecclesie. Sed caueat plar? vel princeps vt seipsum plus iudicet vt nō inuēt? fuerit peior illo quē arguere voluerit: qz si sic graui? puniret. demō latro ille factus est zelator iusticie? per bonum decoret peccator ad optimū finē peruenit. et tunc mai? gaudium erit super vno peccatore penitentiam agēte q̄ super nonaginta nouē iustis qui non indigent penitentia.

¶ De pcti veneno qd̄ aiam intorricat. Capitulum. cxlvij.  
**D**E quodā rege narrat quē inimici ei? occidere cogitabant et qz potēs erat veneno eū perdere voluerūt. Tenerūt aliqui eorum simplici veste induti ad ciuitates vbi manebat et ibi erat fons aque de quo rex multotiens bibebat. Hunc fontem veneno vndiqz intorricauerunt. Rex autem ignorabat et bibit sicut solitus erat et mortuus est.

¶ Ad orationem.

**A**r. ariffimi. Rex iste est Adā prim? hō cui subiecte erāt oēs creature corpales. ps. Dia subiecti sūt sub pedibus tē. Illū reges q̄rebāt demones interficere veneno qd̄ posuerunt in fontē in quo deo placuit. Fons ille est cor hūanū: qz sicut riuuli respectu fontis lereūt ita cor hoīs influit virtutē et regimē oib? mēb? ad illū fontē infusum fuit venenū qm̄ prim? parēs p̄ suggestionē cōcepit contra dei preceptū facere et ei assensus p̄buit. et tūc de isto fonte mortē bibit. Et post eū quasi infiniti hoīs mortui sunt donec christus veniret et nos liberaret de isto fonte. et hoc descēdūt riuuli nobis: qz ratione illius peccati semp habem? p̄p̄titudinē ad peccādū. Iuxta illud. Sensus et cogitationes hominis propria sunt ad peccandum ab adolescentia sua.

hoīs p̄ni sūt ad peccandū.

¶ De peccato hic vel alibi p̄uēt. Cap. cxlvij.  
**R**ERT aulus gellius de amone q̄ cū ditissimus esset et transire vellet de vno regno in aliud cōduris nauē s; nautē p̄pter pecuniā eū occidere

volebant: sed ipse ab eis impetravit vt prius cantare posset ad honorem delphinis qui in cantu hominis delectatur. Cum vero in mari proiectus esset delphinum suscepit: et in terram deportavit. et dum naute eum mortuum crederent ipse in terra apud regem eos accusavit. qui coram rege positi: victi sunt et damnati.

## Expositio.

**A**harissimi. Sic modo est si aliquis dives divitijs virtutum qui per huius seculi mare patienter proponit ad deum transire. venient filij diaboli et ab eo famam et bona temporalia tollunt et alijs modis vexant: sed certe ipse inter hec cavere debet devotis orationibus a deo auxilium petendo et sic portatur in terram. De qua psal. Portio mea domine sit in terra viventium. Et inimici tradentur penis eternis.

De vana gloria quam multa mala sequuntur.

## Capitulum. cxlii.

De morte philippi patris alexandri magni.

